nt.
76

4486 Bibl. Mont

DIFFERENTIÆ POTISSIMÆ, INTER JUS BAVARICUM, Landt-Recht, ET JUS COMMUNE CIVILE.

AUCTORE
HERMANNO, ANTONIO, MARIA de CHLINGENSPERG,
in Schönhofen, & Trachenfels, SSer.morum Electorum Bavariæ, ac Palatini Consiliario, & respectivè Dapifero, in Ingolstadiensi Universitate Juris Patrij, Feudalis, & Praxeos Professore Ord. & Publ. nec non Præfecto in Stambhamb, & Oetting.

Altera jam vice luci publicæ datæ ad Usum DD. Auditorum Juris Patrij in eadem Universitate.



CUM LICENTIA ET APPROBATIONE SUPERIORUM.

INGOLSTADII,
Sumptibus Joan. Franc. Xav. Crätz, Bibliopolæ Academici.
Anno MDCCLI.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRÆFATIO.

TErtius ultrà trigesimum labitur annus, in quo hæ Differentiæ inter Jus Bavaricum, Landtrecht, in specie, & Jus Commune Civile me Auctore, & Præside in hac Electorali Universitate disputationi publicæ erant expositæ; fermè mille Exemplaria fuêre impressa, & distributa; cùm autem moderno tempore, quo Professura Juris Patrij in hac Electorali Universitate Bavarica fuerit introducta, & mihi Clementissimè concredita, atque Institutum meum sit, in Collegiis privatis ex Jure Patrio hanc partem quartam Statutorum Bavaricorum, seu Landtrecht in specie, ex professo explicare; ideóque DD. Auditores hoc tractatu magnopere indigerent, de prima editione verò vix ullum exemplar ampliùs etiam pro magno pretio acquirere possent; hinc ad Eorundem instantiam, & utilitatem rursùs, altera vice, attamen in terminis, quibus eo tempore erant hæ Differentiæ typis datæ, lucem publicam aspiciunt. Bonô animô tenete DD. Auditores, & menda typographica, quæ forsan ob distantiam loci, & brevitatem temporis irrepsêre, benigniter emendate.

Appro-

Approbatio Theologica.

TRactatus hic de Differentiis Juris Communis, ac Juris Bavarici orthodoxæ fidei, ac bonis moribus nihil dissonum continet, imò plurimam in Eodem deprehendi eruditionem, miram claritatem, ac solidam doctrinam &c. &c. subjiciatur itaque ad perennem famam prælo &c. ita censet 1718.

MAX. FERD. IGNAT. de PLANCK,
SS. Theol. Doctor. S. Electoris Bavariæ & Reverendiss. ac Celsiss. Prin. & Episcopi Eystett. Cons. Ecclesiasticus, Cathedralis Eystettensis Canonicus, Controv. fidei Prof. Ord. ad Speciosam Virginem Parochus, ac p. t. Sacræ Facultatis Decanus.

Approbatio Juridica.

DIfferentiæ hæ Jus Commune inter, & Statuta nostra Bavarica accuratissimè sunt collectæ, materias in iis comprehensas gratissima claritate illustrant, potiores difficultatum recessus detegunt &c. &c. proin cum applausu prælum promerentur, ita censet die 25. Maij 1718.

LAURENTIUS ALBERTUS VERLOHNER,
Seren. & Potentiss. Electoris Bavariæ Consiliarius actualis, Digest. & Feud. Prof. Ord. & p.t. Collegii Juridici Decanus.

STATUTA BAVARICA.

Landtrecht.

Titulus I. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Si pacta dotalia extant, ea servanda sunt.*
2. 3. 4. & 5. *Si pacta dotalia nulla extant, quomodo jure communi succedant conjuges, exponitur.*
6. *Jure Bavarico conjugibus præter dotem, & bona illata morgengeba debetur.*
7. *Morgengeba qualis, & quanta sit?*
8. *Debetur in compensationem Virginitatis allatæ.*
9. *Viduæ aliquando simile quid sibi stipulantur.*
10. *An viri mariti eam possint prætendere?*
11. *Affertur casus practicus notabilis circa morgengebam.*

STatuta Bavarica in specie Landtrecht declaratum accedimus, & differentias à jure communi. Et quidem Jus Cæsareum commune, & Bavaricum in eo conveniunt, pacta dotalia, si aliqua erecta sunt, 1
in futura conjugum successione omninò esse observanda, text. & DD. *in tot. tit. ff. de pact. dot. & Cod. de pact. convent.* Stat. Bavar. Landtrecht *hoc art.* 1. *& seq.* per verba ibi: noch andere Geding nit vorgangen ꝛc.
Quòd si autem nulla pacta dotalia intercesserint, aut alia legitima provisio inter conjuges non fuerit facta, multa planè in Patria sunt statuta, quæ jure communi, vel omninò non, vel aliter erant disposita; 2
Etenim civili, & communi jure inspecto uxores, præmortuis maritis 3

suis,

suîs, præter res, & bona sua illata regulariter nihil capiebant, & à successione ita excludebantur, ut, nullis consanguineis à latere etiam existentibus, non ipsis, sed fisco succedendi jus fuerit, *L. scire* 1. *L. vacantia.* 4. *Cod. de bon. vacant. L. dos à patre.* 4. *Cod. solut. matr. L.* 10. *ff.*
4 *eodem.* Excepto forsan unico casu, quo conjux superstes inops, & pauper in honorem divitis conjugis suô modô, ut infrà dicemus, succedebat, *auth. præterea. Cod. unde vir, & uxor.* Quem quidem ju-
5 ris civilis rigorem in tantùm temperavit Prætor, ut conjuges indistinctè tunc ad successionem admitterentur, quando alij cognati, & consanguinei à latere non existerent, fiscô etiam remotô, & exclusô tum, ob memoriam benè transacti matrimonij, tum ob tacitam aliquam societatem, quà incommoda, & etiam commoda communicare, & participare debeant conjuges, text. & DD. *in* §. 3. & 4. *Inst. de bon. poss. L. un. Cod. unde vir. & uxor.* ut eleganter scribit clariss. D. Arnold.
6 Rhat. *tract. de diff. jur. com. & Bav. assert.* 1. Attamen jure Patrio hæc se se aliter habent, & circa successionem conjugalem certè magna deliberatione dispositum est, ut inprimìs præter dotem, & bona illata etiam uxores petere possint morgengebam, seu donum illud matutinale, quod altero nuptiarum die maritus in compensationem allatæ virginitatis novæ nuptæ largitur: so soll der Frauen folgen, verba sunt *art.* 1. *tit.* 1. Landtrecht. was sie zu ihrem Man gebracht hat, auch ihr Mor-
7 gengab 2c. Debetur hæc morgengeba, sive expressis paciscentium verbis sit promissa, & determinata, sive non, hoc casu boni viri arbitriô determinanda, ita tamen, ut tertiam allatæ dotis partem non excedat, ac propterea passim in Patria tertia dotis pars der dritte Pfenning solet assignari, & constitui, prout expresse cautum est in *d. art.* 1. ibi: da eine bedingt worden, oder da keine bedingt 2c. wie die nach gestaltsame ihres dem Man zugebrachten Vermögens (doch daß sie den dritten Thail desselben nit übertreff) von dem Richter mag erkennt wer-
8 den 2c. Debetur item solis virginibus in compensationem allatæ virginitatis (und sie doch Jungfräuliches Standts gewesen) ut ait textus juris Bav. in *art.* 1. Nisi forsan per modum morgengebæ sibi quidquam
9 stipulentur viduæ in memoriam honestæ vitæ transactæ, ut praxis ostendit, quam tamen morgengebam vidualem ijs privilegijs, quêis aliàs morgengeba gloriatur, minimè gaudere, benè annotat Illust. D. B.
10 Schmid ad *art.* 1. *n.* 17. & 18. Neque etiam viris dari, vel assignari solet, dum virginitatis prærogativa fœmineo sexui sit proprior, magìs custodienda, vicissimque meritò recompensanda; quanquam & viris

ali-

aliquando, si uxores ducant viduas, aliquam pecuniæ summam per modum morgengebæ assignari, & expressa stipulatione constitui, atque ein Betreuung, ein beliebung vocari, tradat D. Parens *lib. 2. Inst. tit. 7. q. 23. ob. un.* Plura de morgengeba, tempore, & foliorum quantitate circumscripti, omittimus, consulatur in Bavaria *tit. 2. art. 1. & seqq.* Landtrecht. & *ibidem* Illust. D. B. Schmid. & D. Balthasar: quò lectorem remittimus: Unicum duntaxat dubium addentes, cui causam dederat processus edictalis, quo Cajus antè aliquot annos subhastabatur, II
contigit enim, quòd, cùm uxor, concurrentibus multis creditoribus, inter alia etiam morgengebam prætendisset, creditores eam deberi negaverint, eò quòd uxor subhastandi Caii ab eodem ante diem nuptialem esset impprægnata; replicaverat Caii uxor, virginitatem suam se nihilominùs suo marito consecrâsse, & sic quoque se compensationem exspectare: quæstio igitur oriebatur, an uxor ante diem matrimonii imprægnata à viro suo, possit petere morgengebam? Nobis, certè, si licet opinionem nostram aperire, præplacet opinio negativa, cùm ejusmodi recompensationes non nisi in honesto, & vero matrimonio videantur habere locum.

Ad eundem Tit. I. Art. I.

SUMMARIA.

1. *Jure Bavarico conjugi quomodo debeatur portio virilis, & ex quibus bonis?*
2. *Quomodo, & quando conjuges prætendere possint contradotem?*
3. *Si nulli existunt liberi debetur conjugi dimidia pars acquæstuum etiam quoad proprietatem.*
4. *Jure communi Cæsareo ejusmodi communicatio bonorum non permittitur.*
5. *Uxor transiens ad secundas nuptias amittit ea, quæ à marito titulô lucrativô ipsi obveniunt.*
6. *An Jure Bavarico portio acquæstuum amittatur per transitum ad alia vota?*
7. *Conjuges in Patria hoc in negotio diversam sortiuntur considerationem.*

ALterum in jure Patrio circà conjugum successionem singulare est, I
quòd præmortuô maritô, & simul liberîs, vel ex hoc, vel priori matrimonio relictîs, præter morgengebam superstiti conjugi simul debeat extradi portio virilis ein Kindstheil ex omnibus bonis, quæ durante matrimonio utriusque conjugis curâ, & operîs fuêre acquisita, propterea vulgò acquæstus die Errungenschafft, oder was sie

Errungen, und Gewunnen haben, dicta; non verò ex illis bonis; quæ præmortuo, vel superstiti conjugi alia ex causa, puta, testamentô, vel legatô &c. obvenerunt: Deßgleichen, statuit *art.* 1. soll ihr geben werden ein gleicher Kindstheil, so vil einem jedem Kindt zu gleichen Thailen, ohne letsten Willen gebüren mag, mit ihren, oder andern von ihrem Man herkommenden Ehelichen Kindern, auß allem dem Vermögen, das beede Eheleut von dem Einkommen ihrer Güeter erspart, oder sonsten durch ihren aignen Fleiß erobert, aber nit durch Erbschafft, oder in ander weeg dem einem Ehegemächt allein zugestanden ist: latè D. Balthasar *pract. resol. tit.* 1. *resolut.* 1. *n.* 7. & *mult. seqq.*
2 D. Schmid. *ad art. cit. à n.* 31. *usque ad n.* 83. Id quod tamen notanter in tantum limitatur, ut si constet de certa, & determinata dote, & aliud quid de futura successione conjugum in pactis dotalibus conventum non sit, ulteriùs in eodem *art.* 1. *in fine* constitutum sit, uxorem recepta hac sua dote, & simul assignata contradote, die Widerlag, vel potiùs ejus usufructu, contentam debere esse, & ampliùs virilem portionem non posse petere, atque sic in praxi passim videmus, uxores vel præter morgengebam, vestimenta &c. simul acquæstuum portionem virilem, vel locò hujus portionis virilis contradotem die Widerlag prætendere juxta verba *art. cit.* hette aber das Weib ihrem Man ein gewisses und rechtes Heuratguet zugebracht, doch sonsten zwischen ihnen, wie es der Todtfäll halben soll gehalten werden, nichts bedingt worden, so folgt ihr die Widerleg, welche dem Heuratguet gleich seye, ihr Lebenlang Nuznießlich, und sonsten das ander alles, wie oben jm Anfang gemeldet ist, allein das der Kindstheil, in dem mit einander eroberten Guet, gefallen seyn soll. quamquàm hæc res in praxi difficultate non careat, ut plurimis posset demonstrari exemplis, si excurrendi esset occasio, vid. Illust. D. B. Schmid. *ad art.* 1 *n.* 160. &
3 *seq. ad finem.* Atque hæc ita se habent, si simul cum uxore liberi, vel ex hoc, vel ex priori matrimonio existant, & parenti succedant, quòd si enim nulli existant liberi, neque pacta dotalia sint confecta, tum jura statutaria Patriæ acquæstuum dimidiam partem etiam quoad proprietatem adjudicant, alteram dimidiam partem verò quoad usumfructum conjugi superstiti permittunt, ut expressè cautum est *in art.* 4. *hoc tit.* Landtrecht. ibi: Was sie aber Beede mit einander von ihrer Güeter einkommen erspart, oder durch aignen Fleiß erobert, das bleibt dem Uberlebenten sein Lebenlang allein, doch der halbe Theil nur nuznieslich ꝛc. Ut ut aliàs jure communi Cæsareo inspecto ejusmodi

com-

communicatio bonorum, licèt stante matrimonio, communi operâ, vel ex communibus facultatibus acquisitorum, nullibi permittatur, sed singulariter omnia in domo, & bonis mariti inventa, ejusdem labore acquisita præsumantur, text. & Interp. *ad L. Quintus Mutius*. 51. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Joan. Brunneman, *ibidem. n.* 1. *&* *n.* 4. Wisenbach *ad ff. disp.* 44. *thes.* 12. Bened. Carpz. *l.* 1. *resp.* 85. & plures alii.
Quin ex dictis hæc quoque inter utrumque jus diversitas consequi videtur, quòd, licèt jure communi aliàs, & regulariter, quid quid ex prioris conjugis testamento, successione, vel alio titulo lucrativo superstiti obveniat conjugi, retento usufructu, quoad proprietatem amittatur, & ad liberos prioris matrimonii revertatur, si superstes conjux ad secunda transierit vota, text. & passim Int. *in l. fœminæ* 3. *Cod. de secundis nupt.* Attamen jure Patrio hæc portio, ex acquæstibus debita, conjugi superstiti ita adjicitur, ut probabiliùs videatur eadem etiam in transitu ad secunda vota reservari, tum, quia uxor censeri potest, eam portionem à lege accipere titulô onerosô in compensationem curæ, & laborum matrimonialium, atque hinc ex eadem ratione condictionem ex lege pro hac acquæstuum portione assignat Illust. D. B. Schmid. *ad art.* 1. *n.* 29. *&* *n.* 35. tum etiam, quia hæc portio quodammodo censetur, durante matrimonio esse utriusque conjugis propria, res autem propriæ regulariter nunquam per transitum ad secundas nuptias amittuntur, ut solidè deducunt D. Balthasar *d. resol.* 1. *tit.* 1. *n.* 95. clariss. D. Rhat. *cit. tract. de differ. jur. com. & Bavar. assert.* 28. ubi tamen addit, hoc sine difficultate procedere in illis conjugibus, qui communem negotiationem exercent, die in offnen Laden, oder Marckt sitzen, oder Würth- und Gastschafft treiben, in reliquis verò conjugibus rem esse valde dubiam, & altioris indaginis: id quod tamen generaliter, & simpliciter asserit Illust. D. B. Schmid. *ad art. n.* 81. cui eò promptiùs accedimus, quò illud nobis longè certius videatur, hunc *titulum* 1. *articulum* 1. Landtrecht ex intentione Legislatoris propriè de illis agere conjugibus, qui communem negotiationem, vel mercantiam non exercent, ita, ut jure Patrio illis vel portio acquæstuum virilis extantibus liberis, his verò deficientibus, dimidia pars unà cum proprietate cedat: dum de illis conjugibus, qui communem negotiationem exercent, die zu offnen Marckt, und Kram sitzen, oder Gastschafft treiben, unicè agat *art.* 10. *&* 11. *hoc tit.* illique etiam liberis extantibus dimidiam partem acquæstuum capiant, utpote etiam ad debita, intuitu communis negotiationis contracta, æqualiter adstricti arg. *cap. qui sen-*

(Margin numbers: 5 at "Quin ex dictis"; 6 at "Attamen jure Patrio"; 7 at "ubi tamen addit")

tit. de R. J. in 6. & ita in Conſilio Aulico 1649. 15. *Novemb.* eſſe judicatum, refert colendiſſ. D. Parens *lib. 3. tit. 1. q. 37. ob. 1. 2. & 3.* latè D. B. Schmid. *ad art. 1. n. 37. & ſeq.* ubi *n.* 45. declarat, quid de uxoribus Nobilium, & ſimilibus ſit ſentiendum: vid. & idem Auctor *ad art. 10. & 11. hoc tit.* clariſſ. D. Rhat. *d. tract. aſſert.* 5. D. Balthaſar *tit. 1. reſolut. 4. n.* 10. qui plures inſignes controverſias, hac in re oriri ſolitas, latiùs diſcutiunt.

Ad eundem Tit. I. Art. I.

SUMMARIA.

1. *Quid jure communi obtineat circa veſtimenta, pretioſa, & ſimilia mulierum ornamenta?*
2. *Quid circa eadem diſponatur, & obſervetur in Bavaria?*

1 TErtiò ea ex hoc *art.* 1. deducitur differentia, quòd jure communi juxta probabilem, & receptam opinionem Interpretum mundus muliebris, veſtimenta, catenæ, annuli, aut alia jocalia, à maritis uxoribus tradita, tum demùm earum fieri dicantur, cùm ad uſum uxorum neceſſarium ſpectent, text. & DD. *in L. ex annuo. 15. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Joan. Brunneman. cum pluribus cit. *ibidem n. 4. L. id veſtimentum. 25. ff. de pecul.* eòquod ſcilicet maritus non niſi quoad neceſſitatem veſtimenta, alimenta, & ſimilia teneatur ſubminiſtrare, text. & Int. *in L. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matr.* atque hinc jure communi inſpecto veſtes pretioſiores, clenodia, catenæ, aliáque ſimilia feſtiva, & extraordinaria ornamenta, uxoribus tradita, ipſis non acquiruntur, cùm maritus non donandi animô, ſed ſui ipſius gratiâ, ut uxor ſit cultior, & ornatior, dediſſe præſumitur, *L. ſed ſi vir. 31. §. ſi vir uxori. 8. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. caſ.* 218. Rollandus à valle. *lib. 1. conſil. 10. n.* 12. & alij, quos refert
2 And. Gail. *lib. 2. obſ. 91. n.* 3. In Patria tamen noſtra magis placet opinio illorum, qui hoc jure ſtatutario, nulla diſtinctione neceſſitatis, vel ſuperfluæ exornationis admiſſa, uxoribus indiſtinctè omnia veſtimenta, clenodia, catenas, & mundum muliebrem, ut ut pretioſum, & extraordinarium adjudicari cenſent, eo potiſſimùm ex fundamento, quòd verba textûs *in art.* 1. darzue auch alle ihre Endt und Gebendt, Klaider, Klainoder, und was zu ihrem Leib gehörig ꝛc. nimis ſint generalia, & conſequenter etiam generaliter intelligenda; clariſſ. D. Rhat. *d.* *tract.*

tract. assert. 8. Id quod tamen, licèt suô modô, & quoad clenodia, ac gemmas pretiosas videatur velle limitare, & in dubio præsumptionem contrà uxores militare, tradat Illust. D. B. Schmid. *ad d. art.* 1. *n.* 86. 87. & 88. attamen vestimenta, & similia usui communi destinata, & festiva, ac superflua in praxi semper uxoribus esse relicta, testatur idem D. Cancell. *n.* 99. & hanc sententiam mille clavibus fore à mulieribus defendendam, ait, contra illos, qui cum D. Balthasar *tit.* 1. *resolut.* 1. *n.* 104. contrarium assererent.

Ad eundem Tit. I. Art. I.

S U M M A R I A.

1. *In Bavaria supellectilis quoque virilem portionem prætendunt conjuges.*
2. *Quænam nomine supellectilis veniant? remissivè.*

QUartò & hoc singulare est, quòd *in tit.* 1. *boc art.* 1. ulteriùs cautum sit, ut præter hactenus dicta mulieribus præmortuô maritô 1
supellectilis, utrique conjugi anteà communis, portio similiter extradatur virilis, item auß ihrer, verba sunt sæpiùs allegati *art.* 1. beeder Eheleuth gemainer vermischten Haußvarnuß, ein durchgehender gleicher Kindstheil. Quænam autem sub nomine supellectilis communis der gemain vermischten Haußvarnus veniant, adeò expeditum non est; videantur in Patria *tit.* 1. *art.* 2. Landtrecht, ibique tradita Int. Bavar. & 2
D. B. Schmid. *ad art.* 1. *n.* 102. quò brevitatis causâ hîc, & nunc nos remittimus.

Ad eundem Tit. I. Art. I.

S U M M A R I A.

1. *Jure communi ad donationem ultra quingentos solidos judicialis insinuatio requiritur.*
2. *Jure Bavarico hæc summa ad mille florenos est reducta.*
3. *Jure communi hæc insinuatio potissimùm est necessaria.*
4. *Jure Patrio sufficit præsentia quinque testium.*
5. *Solvitur objectio aliqua.*
6. *Coram quo judice debeat fieri hæc insinuatio?*
7. *Refertur nostra opinio.*

DEnique quintò insigne discrimen inter jus commune, & Patrium in eo consistit, quòd jure communi in confesso sit, absque insinua- 1
tione

tione judiciali nullam donationem consistere, quæ ultrà quingentos solidos, seu aureos fiat, secùs, quæ infrà quingentos solidos contineatur *L. si quis 36. §. cæteris etiam. 3. Cod. de donat.* ita ut nostra computatione circiter duo millia florenorum absque insinuatione liceret donare, prout studiosè demonstrat clariss. D. Rhat. *d. tractat. assert. 9.* Nic.
2 Everhard. *vol. 2. consil. 19. n. 31.* & alij; Jure tamen Bavarico hæc summa quingentorum solidorum ad mille duntaxat florenos (tam in donatione inter vivos conjugum, quàm & aliorum quorumvis) est restricta per verba *art. 1. cit.* expressa: were ihr auch von ihrem Ehewürth etwas geschenckt worden, welches nit über tausend Gulden Rheinisch in Müntz, oder da es darüber, vor Gericht insinuirt, angebracht, und eingeschriben ꝛc. vid. Illust. D. B. Schmid. *ad art. 1. n. 130. & 131.* ubi depravationem pecuniarum in Romano Imperio mirùm deplorat. Sequitur ex eadem ar-
3 ticuli dispositione & hæc satis notabilis diversitas, quòd, licèt jure communi ad hoc, ut donatio inter vivos ultrà quingentos solidos valeat, insinuatio judicialis potissimùm necessaria sit, text. & Int. *ad L. 30. 34.*
4 *& 36. Cod. de donat.* Jure tamen statutario Bavariæ insinuationi judiciali æquivalere videatur præsentia testium, & quidem quinque, ita, ut ejusmodi donatio coram quinque testibus pronuntiata, vel pactis dotalibus, quinque testium auctoritate firmatis, inserta, non minùs subsistat, quàm si judicialiter esset insinuata: *art. 1. cit.* Landtrecht, ibi: vor Gericht insinuiert, angebracht, und eingeschriben, oder die Schanckung in beysein fünff Zeugen, oder in dem Heyrathgeding, bey welchem nit weniger dann fünff Zeugen gewesen, beschehen, soll es ihr ebenfalls zuste-
5 hen ꝛc. Neque obest, quòd eo ipso, quòd Legislator Serenissimus quinque testium, aut pactorum dotalium requirat interventum, aliquibus videri possit, Eum voluisse de donatione mortis causa loqui; verius enim est, de donatione inter vivos textum Bavarici juris esse intelligendum, tum, quia donatio mortis causâ indistinctè quinque testium interventum requirat, sive quingentos solidos excedat, sive non, sive insinuatio judicialis fiat, sive non, in *art. autem cit.* de ea donatione agatur, ubi vel insinuatio judicialis, vel quinque testium præsentia requiratur, ut solidè ostendit clariss. D. Rhat. *d. tract. assert. 11.* tum etiam, quia pacta dotalia non semper valeant in vim actûs ultimæ voluntatis, nisi ubi de futura successione expressim agant, ut dicetur infrà. Sed coram quo judice fieri debeat ejusmodi insinuatio,
6 an coram quovis, jurisdictionem ordinariam habente, vel an duntaxat coram competente? competentis judicis auctoritatem requirit Illust.

Illuſt. D. B. Schmid. *ad art.* 1, *n.* 133. tum, quòd articulus dicat vor Gericht, hoc eſt, judice competente, tum, quòd interſit, ut inſinuatio fiat coram magiſtratu competente, ut cui donatoris animus, conditio, ſtatus, & reliquæ circumſtantiæ magìs patent, quàm alteri cuivis; tum denique, quòd & inſinuationes contractuum emptionis, venditionis, aut aliæ in Patria indiſtinctè coram judice competente fieri debeant, cui & de jure communi ſubſcribit Joan. Brunneman. *ad L.* 27. *n.* 7. *Cod. de donat.* Sed, ut opinionem noſtram fateamur, li- 7
cèt ſententia Illuſt. D. B. Schmid. & *cit.* Joan. Brunnemanni ſatìs probabilis ſit, & in praxi conſultiùs donatorem agere cenſeamus, qui coram judice competente, & quidem Superiori inſinuationem faciat, tamen eam donationem invalidam neque de jure communi, neque Patrio dicere poſſumus, quæ coram judice etiam non competente eſt inſinuata, atque ſic inſinuationem donationis coram quocunque judice, & magiſtratu etiam non ſuo expediri poſſe, credimus, non minùs, quàm teſtamenti factionem, tanquam actum pariter jurisdictionis voluntariæ, & cauſæ cognitionem non requirentem And. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 39. *n.* 28. Carpz. *p.* 2. *conſtit.* 12. *def.* 18. præſertim, cùm & verba textûs Bavarici vor Gericht plùs non evincere videantur, quàm judicialem inſinuationem in genere, arg. *tit.* 3. Landtrecht *art* 2. ubi habetur, filium poſſe emancipari vor offnem Gericht, & tamen ibi certum eſt, quemlibet judicem ſufficere, ut ipſe fatetur D. B. Schmid. *ibidem. n.* 8. vid. Sichard. *ad L.* 34. *n.* 18. Schneid. *Inſt. ad tit. de donat.* §. 2. *n.* 31. & alij.

Landtrecht.

Titulus I. Articulus IV.

S U M M A R I A.

1. *Uxor inops marito diviti de jure communi civili ſua ratione ſuccedebat.*
2. *Quæ ſucceſſio in Bavaria non eſt recepta.*

Dictum eſt in principio, jure communi civili unico duntaxat caſu mulieres maritis ſuis ſuccedere, ſcilicet, ſi maritus præmortuus 1
dives, & uxor inops ſuperviveret, quo caſu vel quarta, vel portio virilis pro numero hæredum aſſignatur uxori inopi ex bonis mariti divitis, ne in ejus contumeliam in anxietate, & paupertate deberet vivere, quæ anteà marito cohabitaverat lautè, & honeſtè. text. & Int.

in auth. preterea. Cod. unde vir, & uxor. Quæ succeſſio jure Bavarico
2 expreſſè eſt reprobata *in art. 4. tit. 3.* Landtrecht *circa finem*: ibi: wiewol auch in gemainen geſchribnen Rechten ſonderbare Fürſehung beſchicht, wann ein Heurath ohne Heuratguet gemacht worden, und das überlebent Ehegemächt arm iſt, daß demſelben der vierte Theil von deß vorabgeſtorbnen Ehegemächtsguet, wo kein Kind verhanden, oder derſelben nit mehr, als drey ſeyn, oder da deren mehr, ein gleicher Kindstheil ſoll folgen, ſo iſt doch ſolche Rechtsſatzung in diſen Fürſtenthumben nie in Ubung geweſen, derwegen ſie auch fürters unangezogen bleiben ꝛc. ſoll.

Landtrecht.

Titulus I. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *Quid conjux innocens ob adulterium alterius conjugis jure communi civili, & Canonico poſſit petere?*
2. *Quid hac ſuper re cautum ſit in Bavaria?*
3. *An & quomodo carnali fornicationi ſpiritualis, ſeu tranſitus ad aliam religionem æquiparetur, in caſu practico oſtenditur.*

1 JUre communi tum civili, tum & canonico inſpecto alterutro conjuge, adulterium committente, ſua ratione matrimonium diſſolvi, & parti innocenti dotem, vel contradotem, morgenaticam, & reliqua lucra adjudicari, pleno ore affirmant interpretes *ad L. conſenſu.* 8. *§. ſiqua.* 2. *L. jubemus.* 11 §. *inter culpas.* 2. *Cod. de repud.* Canoniſtæ *ad can.* 1. 2. & 3. *cauſ.* 32. *q.* 7. *cap. ex litteris. cap. gaudemus. de divort. cap. ult. de adult.* ita quidem, ut, ſi nulli extent ex illo matrimonio liberi, etiam jure communi dotis, vel contradotis proprietas ſimul ac uſusfructus parti innocenti cedat, quòd ſi verò liberi exiſtant, ſolo uſufructu pars innocens contenta ſit, prout latè deducunt Int. *ad Novell.* 134. *cap.* 10. *verſ. ſiquidem. cit. L. jubemus. Cod. de repud.* Jul. Clarus *lib.* 5. §. *adulterium. n.* 10 Berlich. *lib.* 4. *concluſ.* 29. *n.* 34. Jure
2 autem Bavarico parti innocenti liberis extantibus portio virilis unà cum dote, vel nullis liberis extantibus contrados indiſtinctè non tantùm uſufructuariè, ſed & proprietariè cedit, ut ſatis clarè oſtendunt verba *art. 6. tit.* 1 Landtrecht. So ſoll er alles das jenig, was im vorgehenden articul gemeldet iſt, ſeinem Weib folgen, und zuſtehen laſſen, wie nit

nit weniger auch die Widerleg aigenthumblich, oder da keine versprochen, wo Kinder verhanden, an statt derselben einen Kindstheil, deßgleichen hat ihme das Weib etwas geschenckt, verleürt er solches auch, & vicissim, uxore adulterium committente, cautum est, verleürt sie nit allein die Morgengab, und Heuratguet, sonder auch das jenig, was sie sonsten in der gemainen Gewinnung het zesuchen gehabt, und was der Man ihr geschenckt, und solches bleibt dem Man alles aigenthumblich. 3
vid. D. Balthasar. *tit. resol. 6. per tot.* Sed quid, si non quidem carnalis fornicatio, sed commissa fuerit duntaxat spiritualis, hoc est, à vera Romana Catholica Religione ad Acatholicos, vel omninò paganos, & infideles una pars transierit, anne matrimonium dissolvatur, & dos, vel contrados parti innocenti eadem ratione cedat? certè *annô* 1711. ad Facultatem nostram Juridicam notabilis casus erat transmissus, ubi subditus celeberrimi, & Imperialis Monasterij Kaysershaimensis in Hannenvveiler Leonhardus Lauther cum 7. liberis priorum trium matrimoniorum ad Lutheranos transierat, relicta domi quarta uxore, & prole ex ipsa suscepta, quæ posteà ex hoc fundamento, quòd fornicatio spiritualis æquiparetur carnali, contradotem, alimenta, portionem virilem, & plura lucra prætendit per text. *in cap. 2. cap. 6. de divort.* & *cap. fin. de convers. conjug.* Respondit Facultas inclyta *de dato* 15. *maji.* 1711. nobis referentibus, matrimonium dissolvi posse quoad thorum, & mensam, non verò quoad vinculum, alimenta deberi, sed contradotem, aut alia lucra non censuit viduæ adjudicanda, eò quòd in Romano Imperio Lutherani, seu Augustanæ confessioni addicti omninò hodie tolerentur, & iisdem gaudeant juribus, quêis veri Romani Catholici juxta Instrum. Pacis Osnabrug. *art.* 5. §. 34. & *seq.* & tradita Illust. D. B. Schmid. *ad art.* 6. *tit.* 1. Landtrecht. *n.* 14.

Landtrecht.

Titulus I. Articulus VII. & VIII.

SUMMARIA.

1. *Maritô prodigô omnia sua dilapidante, uxores sibi de jure communi variis modis possunt prospicere.*
2. *Jure Bavarico tali casu mulieribus bonorum administratio non conceditur, sed curatores constituuntur.*
3. *Ostenditur mulieres in Patria desuper non posse conqueri.*

4. *Non solùm uxores, sed & consanguinei maritum prodigum judici possunt deferre.*

1 QUemadmodum Reipublicæ quoque interest, ut prodigi administratione bonorum interdicantur, illisque curator substituatur, text. & DD. *in §. furiosi quoque. Inst. de curat. L. his, qui. §. divus. ff. de tut. & curat. dat. ab his, qui &c.* ita quoque marito bona sua, & etiam uxorum suarum in maximum uxorum, & liberorum præjudicium dilapidante, & profundente varia remedia jure communi inspecto sunt prodita, quêis mulieres, & sua, & suorum liberorum bona conservent, ita, ut dotem, & omnia bona à se allata omninò queant revocare, per tradita Int. *in L. ubi adhuc. 29. Cod. de jure dot.* & bona sua, ita revocata, ad sui, suorúmque necessariam sustentationem applicare, quin etiam, si rerum sint intelligentes, totius familiæ, & facultatum administrationem suscipere non prohibeantur arg. text. *in L. mutus. 73. ff. de jure dot.* vel aliô demùm modô quocunque bona uxori, & hæredibus omni ratione sint conservanda, ut latiùs deducunt DD. *in L. si cum dotem. 22. §. 8. vers. sin verò. ff. solut. matr.* And. Gail. *lib. 2. obs. 83. n. 17. & 18.* Jure Ba-
2 varico aliter res se habet, & eo casu, quo mariti prodigalitas sufficienter in judicio est demonstrata, vel aliàs judici manifestum, maritum in irreparabile uxoris, & liberorum detrimentum cuncta pessimè dissipare, uxoribus, cujuscunque conditionis, administratio bonorum non permittitur, sed à judice vel ex officio, vel ad instantiam uxorum, aut consanguineorum, ex his duo curatores eliguntur, & constituuntur, qui inventarium conficiant, bona administrent, & toti familiæ de congruis alimentis prospiciant, prout constat *ex art. 7. tit. 1.* ibi: hat ein Frau ein Man, was Stands er seye, welcher also Ungerathen were, daß er seinem Weib und Kinderen, das Guet, es seye sein, oder seines Weibs, unendtlich, und bößlich anwürdet, die soll mit ihren Freunden zu jedes Orts Obrigkeit gehen, und vor derselben, wie recht ist, wahr machen, und beweissen, daß ihr Man, ihr und ihren Kinderen das Guet unnutzlich verthue, oder unendtlich anwerde, wo sie dann solches beybringt, soll ihr die Obrigkeit zween aus den nechsten Freunden zu Pflegern geben, die sich des Guets auff ein Inventari underwinden, biß so lang man sicht, daß ihr Man guet will thun. Es soll auch die Obrigkeit hierinnen ihr schirmer seyn, und ob gleichwol die Frau, noch ihre Freund (welche dann ebenfalls auch ohne der Frauen willen, solches zuthun befuegt) nit klaget, sonder die Obrigkeit dessen erfahrung hette, soll nichts destoweniger das jenig, wie

wie gehört, gegen einem ungerathnen Man Ambtshalben fürgenommen werden. Neque habent, quòd sagaciores præsertim, & rerum magis intelligentes mulieres propterea conquerantur, quòd, maritis suis defunctis, ipsis tutela, & administratio bonorum committatur, duobus duntaxat assistentibus constitutis, ergò & vivis maritis deterioris non debeant esse conditionis, & administratione bonorum excludi; Etenim, maritis defunctis, tutela, & administratio vel ex lege, & statutis, vel testamento, & pactis dotalibus concreditur, dum maritis viventibus in statutis Bavaricis omnis auctoritas, potestas, & administratio expressè mulieribus est adempta, juxta *art.* 16. *tit.* 1. Landtrecht. hinc pariter & muti, vel surdi, aut cæci uxoribus bonorum administratio non est concessa, Landtrecht *tit* 5. *art.* 11. Huc & illa poterit referri differentia, quam innuere videtur tum *art.* 7. quàm *art* 8. *hoc tit.* 1. ubi ipsis etiam consanguineis in terminis permittitur, vel volente, vel nolente uxore, maritum bona dilapidantem judici deferre, curatores petere, & dotem, ac bona uxoris conservare, per verba antè cit. *in art.* 7. & *art* 8. ibi: auch sie oder ihre Freund, mit oder ohne ihrem Willen und Befelch (welches dann die Freund zethun fueg haben sollen) &c. quamvis jure communi magis sit receptum, soli uxori potissimùm facultatem esse concessam repetendi dotem, vivente adhuc marito, text. in *L.* 29. *Cod. de jure dot. Auth. donationem. Cod. eodem tit.* Brunnenman. *ibidem, n.* 2. & 3. & latiùs And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 83. *per tot.*

3

4

Landtrecht

Titulus I. Articulus IX.

SUMMARIA.

1. *Maritus bona, uxori pro dote obligata, ulteriùs aliis oppignorare, aut vendere non potest, si jus Bavaricum consideremus.*
2. *Secùs ac de jure communi.*
3. 4. & 5. *Limitatur prædicta juris Bavarici constitutio.*
6. *An res, ita uxori obligata, postmodùm vendita, valeat præscribi?*

NOtatu dignum inter utrumque jus commune, & Bavaricum discrimen in eo intercedit, quòd jure Bavarico maritus res, aut bona sua, 1
antè uxori pro dote, vel contradote expressè obligata, & hypothecata, ulteriùs neque hypothecare, nec obligare, multò minùs omninò vendere,

dere, aut alienare possit, nisi alienationi uxoris consensus accedat, so der Man, verba sunt *art.* 9. *tit.* 1. Landtrecht. seiner Ehelichen Haußfrauen ihr zugebracht Heurathguet, auch sein Widerlegung verschreibt, oder vermacht auff allem dem, daß er hat und bekombt, so hat er nit Macht sein ligend Haab und Guet, oder ainigen Zinß darauß zuverkauffen, oder zuverpfenden, ausser seiner Ehelichen Haußfrauen sondern
2 vergunst und willen ꝛc. Jure econtrà communi inspecto præcedens bonorum obligatio, vel hypothecatio non impediat, quin debitor hæc bona hypothecata alteri vendere, alienare, aut ulteriùs obligare possit, tum, quia debitor, non obstante pignoris nexu, adhuc maneat verus rei pignoratæ dominus. *L. rescriptum.* 12. *ff. de distract. pign.* tum, quia creditori, cui priùs res est obligata, per actionem hypothecariam, utpote realem, & contrà tertium competentem, satis censeatur esse cautum, text. in *L. pignoris.* 18. *Cod. de pign. L. grege.* 13. §. *& in superficiariis.* 3. *ff. eodem. tot. tit. ff. & Cod. de pignorat. act. ibique* passim Int. Inte-
3 rim tamen limitationes aliquas recipit prædicta juris statutarij dispositio, primò, nisi notorium, & manifestum sit, facultates, & bona mariti dotis, & contradotis summam notabiliter excedere, ita ut uxor, etiam facta alienatione hujus, vel illius rei, adhuc dotis, & contradotis sit secura, per verba textûs, es were dann kundlich, daß sein Haab und Guet vil ein mehrers werth, als das Heurathguet, alsdann mag er von dem Uberschuß ein Zimbliches verkauffen, oder verschreiben
4 ꝛc. Secundò limitatur, nisi maritus urgentes, & sufficientes causas habeat, quêis alienatio vel omninò necessaria, vel utilis videretur, quo casu uxor consentire tenetur, vel eâ invitâ judex consensum supplet, ut ostendit *art.* 9. ibi: wo sich aber nicht redlich Ursachen begeben wurden, derhalben sein Nutz und Notturfft erforderte, seine Güeter zu verkauffen, oder zu veränderen, und sein Weib das güetlich nit verhengen, noch bewilligen wolte, so soll das Recht nach verhör, und fürtrag
5 der Sachen, sie darumben entscheiden ꝛc. Denique, nisi maritus uxori pro dote, & contradote res quasdam specificas, & singulares specialiter hypothecâsset, quo facto, licèt satìs probabiliter nihilominùs legalis hypotheca sese ad alia quoque bona, non specificè obligata, forsan in subsidium extendat, tamen quoad alienationem eorundem, non ita in specie hypothecatorum, bonorum manus mariti non erunt ligatæ, ut innuunt verba finalia *cit. art.* 9. thätte aber der Man seiner Haußfrauen, auff besonder seine Haab und Guet, ihr vermächtnuß, daran sie nach Rath ihrer Freund, ein benügen hett, so soll alsdann der

Man,

Man, mit andern seinen Haab und Gütern, frey und unverbunden seyn. clariss. D. Rhat. sæpè *cit. tract. assert.* 15. Sed quid si maritus, insuper habito uxoris consensu, contra text. in *art.* 9. *cit.* rem quampiam, ita generaliter hypothecatam, vendidisset, & tradidisset, an emptor forsan præscriptione se contrà uxorem postmodùm repetentem queat tueri? certè, licèt de jure communi res non pateretur tantam difficultatem, utpote de quo jure alienatio, & translatio subsisteret, atque sic titulus non deficeret; quin & jure Patrio actioni hypothecariæ quinque inter præsentes, & 10. annis inter absentes præscribatur, *tit.* 9. *art.* 4. Landtrecht. attamen clariss. D. Rath. *assert.* 14. & ex ipso D. B. Schmid. *ad art.* 9. *n.* 16. præscriptionem longi temporis 10. & 20. annorum omninò removere conantur, tum quòd *art.* 9. *cit.* omnem alienandi facultatem adimat, tum *arg. tit.* 2. *art* 4. ubi de morgengeba simile quid statui videatur: quamvis præscriptionem temporis longissimi admittat, atque sic hanc differentiam temperet cit. Illust. D. B. Schmid. *n.* 17. quam opinionem non ita pridem judicando Bavariæ tribunal excelsum secutum fuisse, meminimus. 6

Landtrecht
Titulus I. Articulus XII.
SUMMARIA

1. *Mulieres regulariter in contrahendo efficaciter obligantur.*
2. *Præterquam in fidejubendo, & intercedendo pro aliis, sua tamen ratione.*
3. *Quomodo mulieres, & uxores plebeiæ in Bavaria validè fidejubeant?*
4. *Quid si mulier alibi sit civis, alibi autem situm prædium obligat?*
5. *Qua ratione fidejussiones mulierum Nobilium subsistant?*
6. *Quid requiratur, si uxores in Bavaria pro extraneo fidejubeant?*

QUemadmodum in confesso est, mulieres, principaliter contrahentes, ex contractu emptionis, venditionis, locationis, vel simili negotio efficaciter, & non minùs obligari, quàm viros, eò quòd principaliter contrahentes præsumantur obligationem, & inde eveniens periculum citiùs, & satiùs apprehendere, cùm nullum habeant antè se, in cujus bona, & præcedentem executionem confidant. *L.* 2. §. *omnis. L. si ergo.* § 1. *L. quamvis.* §. 1 *ff. & L.* 1. *atque L.* 2. *Cod. ad SC.tum Vell.* Ita & de jure communi constat, easdem pro aliis fidejubentes, & intercedentes vel omninò non obligari, vel, si instrumen- 1 2

tum

tum publicum, tribus testibus subsignatum, intervenerit, obligari quidem, munimine tamen SC.ti Velleiani adhuc tutas & securas esse, text. & Int. *in L.* 2. §. 1. *ff. ad SC.tum Vellleian. L.* 2. 3. 8. *& L.* 23. *§. fin. Cod. eodem.* quin & pro maritis fidejubentes ipso jure indemnes servantur, nisi mutuum in earum commodum versum esse, manifestè probetur, text. & DD. *in L. antiquæ* 23. *Autb. siqua mulier. Cod. ad SC.tum Vell. tot. tit. Cod. ne uxor pro marito,* D. Parens *lib.* 3. *Inst. tit.* 21. *q.* 13.
3 Gail. *lib.* 2. *obs.* 89. *n.* 4. Ast in Patria res hæc aliter, distinctéque est expedita, ita, ut inter mulieres, & uxores plebeias, & Nobiles, & si pro marito, vel pro extraneo intercedant, hoc jure distinguatur; etenim, si uxores plebeiæ pro marito intercedunt, requiritur, ut coram judice, vel magistratu mulier vel à judice, vel ab aliquo tertio, absente marito SC.ti Velleian. *Autb. si qua mulier.* & omnium muliebrium privilegiorum benè informetur, certioretur, & sic sufficienter edocta nihilominùs iisdem renuntiet, intercedat, & fidejubeat, dein hæc fidejussio, & totum negotium protocollo inseratur: vel etiam, si summa fidejussionis, & intercessio majoris est quantitatis, aut considerationis, omninò instrumenta, & literæ publicæ, teste quotidiana experientia conficiantur, ut constat *ex art.* 12. ibi: dann im Fall es under Burgern oder Baurn geschicht, die Erinnerung der Weiblichen Freyheiten, und verzicht derselben, auff dem Land vor den Gerichten, und in Stätt und Märckten vor dem Rath, doch ohne Laistung deß Eids, und in abwesen deß Mans beschehen, daselbst eingeschriben, und alsdann ordentliche Schuldbriff auffgericht worden seyn ꝛc. vid. Illust. D.
4 B. Schmid. *ad hunc art. n.* 15. & ante ipsum clariss. D. Rhat. *sæpè cit. tract. assert.* 19 *&* 20. ubi & hoc singulariter notat, aliquam civem v. g. Ingolstadiensem, fidejubendo prædium suum in præfectura in einem Landgericht, extrà civitatem dissitum, obligaturam, id coram illo præfecto loci, & prædij, & non coram magistratu civico peragere, ibíque certiorari, & renuntiare debere: D. Balthasar. *tit.* 1. *resol.* 12.
5 *n.* 13. Quòd si verò sint uxores Nobilium, & qui illis adnumerantur, weren aber solche Persohnen deren vom Ritterstandt, und vom Adel, der Doctorn, so Fürstl. Räth, deß Geschlechts der vier Haubtstätten, Item auch anderer Doctorn, die ihren Doctorat auff bewerthen hochen Schuelen erlangt, Frauen, oder solche gefreyte Persohnen, die ohne Mittel dem Landsfürsten, oder dessen Vitzdomben, und Räthen underworffen ꝛc. renuntiatio, fidejussio, & intercessio, tunc demùm effectum sortitur, si prærogativarum, mulieribus in jure concessarum,

in

in absentia mariti à proprio assistente sonderbaren Anweiser sufficienter certioratæ, informatæ fuerint, & ita benè edoctæ juribus suis renuntient, & pro marito fidejubeant, simúlque postmodùm hæc obligatio, & fidejussio propria renuntiantis, assistentis, seu certioratoris, & tertiæ Nobilis pariter, aut privilegiatæ personæ manu, sigillísque fuerit roborata, mag gleichwol, pergit jus Bavar. in *cit. art.* 12 solchen Erinnerung und verzicht, ausserhalb deß Gerichts, durch einen sonderbaren Anweiser, doch eben, fals ausser beyseyn der Frauen Ehevogt beschehen, doch daß neben, und mit ihr auch ein gefreyte Persohn, wie gemeldt, und der Anweiser, mit ihren Insiglen oder Wappen Pettschafften und Handschrifften fertigen, und die Frau, da sie schreiben kan, sich mit aigner Hand underschreibe ꝛc. clariss. D. Rhat. *d. loco. assert.* 19. 6
Et hæc ita procedunt, si pro marito intercedant, nam, si pro extraneo se obligare velint, prætereà jure Patrio simul mariti subscriptio, & subsignatio requiritur, juxta finalia verba *art.* 12. beschehe aber die Verschreibung nit für den Eheman, sonder für jemandt andern, soll dieselbig gantz und gar unkräfftig seyn, es sey dann, daß neben den obgesetzten Personen, auch der Man mitfertige. Illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. cit. n.* 28 & *ad art.* 16. *n.* 10. ubi pluribus tradit, an, & quomodo uxor cum juramento sine sigillatione, & subscriptione mariti obligetur. Prout, & quæ summa in Patria censeatur notabilis, ut instrumenta desuper erigantur, dicemus infrà ad *Tit* 14, *art.* 7.

Landtrecht

Titulus I. Articulus XIII.

SUMMARIA.

1. *Mulier, suis privilegiis renuntians, in Patria de iis plenariè, & cum suis circumstantiis informari, & certiorari debet.*
2. *Quod si non observetur, plurimùm interesse potest.*

Sicut jure communi inspecto mulieres non ita pro lubitu causam dotalem deteriorem reddere possunt, vel aliàs statim ex quibuslibet verbis generalibus renuntiationes non inducantur, text. & in *L.* 14. 15. & 17. *ff. de pact. dotal. L. si. unus.* 27. §. 2. *vers. quod & ff. de pactis.* Ita de jure Patrio ad evitanda dubia, & removendas controversias saluberrimè constitutum est, ut ille, qui certiorare, & informare debet 1

mulierem, der anweiser, eandem plenariè informet non tantùm *Auth. si qua Mulier*, sed & aliarum prærogativarum, uxoribus in jure concessarum, ut hypothecæ, & etiam prælationis, in bonis mariti antè reliquos creditores hypothecarios ratione dotis, morgengebæ, contradotis, & bonorum paraphernalium suô modô competentis, soll er, verba sunt *art.* 13. *tit.* 1. Landtrecht. diser Freyheiten, wie sie in disem Articul erklärt seyn, gutes wissen haben, und der Frauen solche underschidlich wol erklären, sie auch insonderheit fragen, ob sie sich allein der Freyheit, daß sie sich für ihren Ehewirth kräfftig nit verschreiben möge, oder auch deß vorgangs mit den Heuratlichen Sprüchen, oder hergegen allein diser Freyheit deß vorgangs, und nit auch der ersten, oder deren
2 beeder verzeyhen wölle 2c. Etenim, cùm, mulierem hypothecæ, & prælationi dotali iisdem solennitatibus debere, & posse renuntiare, quêis *Auth. si qua mulier*, doceat D. B. Schmid. *ad art.* 14. *n.* 27. *hoc tit.* Landtrecht. plurimùm simul interest, an uni, vel alterutri, vel omnibus beneficiis renuntiet; quippe, si juri prælationis duntaxat renuntiat, & hypothecam retinet, ordine tamen, & pro ratione temporis inter creditores collocanda, & simul ex suis nil tenetur solvere; si simul hypothecæ renuntiat, adhuc tamen *Authenticæ si qua mulier.* privilegiô tuta, pro marito nihil ex suis præstat: dum tamen, si prærogativæ *Auth. si qua mulier* renuntiet, in consequentiam quasi & hypothecæ, & prælationi dotali ea ex ratione præjudicare videtur, quòd, cùm ex suis propriis bonis pro marito debeat satisfacere creditoribus, parùm utilitatis habeat, si creditoribus, vel hypothecariis adnumeretur, vel omninò præferatur; solidè clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 22. *& seq.* Certè in hisce renuntiationibus sæpè magnos fieri excessus in praxi, meminimus, cùm, ejusmodi certioratores constituendo, qui ipsi beneficia, & privilegia mulierum ignorant, tum, tales certioratores in instrumentis exprimendo, qui nunquam fuêre præsentes.

Landtrecht
Titulus I. Articulus XIV.
SUMMARIA.

1. *Mulier jure communi sibi non præjudicat, si intrà biennium iteratò fidejubeat.*
2. *Aliud jure Bavarico obtinet.*

1 QUin & hoc adhuc inter utrumque jus intercedit discrimen, quòd jure communi mulier intrà biennium non unâ, sed forsan iteratis vici-

vicibus intercedens, & obligans, tamen adhuc sibi non præjudicet, sed SCtô Velleianô adhuc adjuvetur, dum intrà biennium periculum suis nondum percipere, vel intelligere præsumatur per text. in *L. si mulier 22. & L. antiquæ. 23. Cod. ad SCtum Vell* Brunnem. *ad d. L. 22. n. 2. &* 3. pulchrè Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 21. n. 2.* Jure tamen 2
Bavarico, si bis, vel pluribus vicibus diverso tempore pro eodem debitore sese obligaverit, & intercesserit, omninò, & efficaciter tenetur, sive biennium sit elapsum, sive non, prout videtur statutum esse *in art.* 14. verbis generalibus ibi: es were dann, daß ein Weibs-Persohn ihrer Borgschafft halben, Gelt oder andere Schanckung eingenommen, oder sich zu underschidlichen Zeiten zway oder mehrmalen für ein einige Schuld, als Borgen, Verbunden, und Verschriben hette. clariss. D. Rhat. *assert.* 21. cui tamen contradicit Illust. D. Cancellarius ad *h. tit. art.* 14. *n.* 9. & putat, probabile non esse, quòd jus Bavaricum voluerit hoc biennium, à jure communi concessum, mulieribus adimere, adeóque articulum hunc ex *L. 22. Cod. cit. tit.* esse supplendum: sed certè verba articuli aperta sunt, & generalia, ac jus Bavaricum potuisset facilè facere mentionem biennij, si id voluisset requiri.

Landtrecht
Titulus I. Articulus XVI.
SUMMARIA.

1. *Jure communi fœminæ de rebus, quarum sunt dominæ, liberè disponunt.*
2. *Id quod jure Bavarico in actibus ultimæ voluntatis iis pariter licet.*
3. *Quoad actus autem inter vivos uxoribus hoc jure omnis dispositio est vetita.*
4. *Præterquàm de bonis sibi reservatis, seu receptitiis.*
5. *Quòd si tamen contrahant, & disponant, quid juris in Patria?*
6. *Tertius cum uxore contrahens, contractum nequit nullum dicere.*
7. *An maritus teneatur solvere, quod uxor lusu perdidit?*

UT ut aliàs jure communi Cæsareo tam viri, quàm fœminæ, si re- 1
rum & bonorum suorum plenum habeant dominium, eo ipso etiam fruantur facultate, de his rebus, bonisque suis tam per actum inter vivos, quàm ultimæ voluntatis liberè disponendi Int. *ad prin. Inst. de* 2
R. D. L. 6. Cod. de revocand. donat. L. 12. Cod. de pign. Jus autem Patrium, licèt etiam de rebus, & bonis suis quibuscunque disponendi

libertatem per actum ultimæ voluntatis fœminis uxoribus non adimat, ut ostendunt verba finalia *art.* 16. *tit.* 1. doch ist ihr unbenommen, durch letsten Willen ihr Guet zuverschaffen, wem sie
3 will. Attamen quoad actus inter vivos jure Bavarico uxoribus sine consensu, & voluntate mariti omnis potestas interdicitur, quidquam rerum, & bonorum suorum vendendi, distrahendi, obligandi, hypothecandi, item standi in judicio, suscipiendi litem, transigendi, aut quicquam agendi, ubi læsionis periculum mulieri, aut ejus bonis imminet, *art.* 16. *tit.* 1. *cit.* ibi: es hat kein Frau Macht, ohne ihres Man wissen und Willen, etwas von ihrem aignen, ligend oder fahrendem Guet, Recht und Gerechtigkeiten, sie hab ihr dann in etlichem die Nutzung, und Verwaltung außtruckentlich vorbehalten, zuverkauffen, zuverpfendten, zuverschreiben, zuverschencken, oder in anderweg zuvergeben, noch auch sich ainicher Anspruch, oder Forderung, die ihr gebürt, weder mit, noch ohne Aydt zuverzeyhen, oder darumben zu quitiren. Deßgleichen sich mit jemandt in Stritt, und Rechtfertigung oder auch Verträg einzelassen, noch ainige Erbschafft anzutretten, oder etwas anders zuthun, zulassen, und zuhandlen, dardurch ihr Guet ge-
4 schmälert, oder sie zu Schaden kommen möchte ꝛc. Nisi tamen forsan uxor in pactis dotalibus quædam bona sibi reservaverit, ut meminit *cit. art.* 16. sie hab ihr dann in etlichem die Nutzung und Verwaltung außtruckentlich vorbehalten ꝛc. quæ dein bona receptitia dicuntur, de quibus legatur D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 6. forsan nimiùm fœminas, ejusmodi bona reservantes, increpans; Atque hæc jure Bavarico ita in
5 favorem mariti sunt sancita, ut etiam, si forsan mulier quid contrà hanc dispositionem egerit, non tantùm negotium, actus, & contractus nullus sit, sed & maritus insuper integrô quinquenniô utili, seu à tempore scientiæ computandô, jus habeat, ejusmodi contractum, & negotium infirmandi, annullandíque, beschehe aber solches, scriptum est *in art.* 16. *in fine.* so hat es doch kein Krafft, und der Man mag alsdann solche deß Weibs handlung inner funff Jahren, nachdeme er derselben in erfahrung kommen, wol widersprechen, und als nichtig auff-
6 heben ꝛc. Sed, an tertius quoque, forsan absente marito cum uxore contrahens, pariter nullitatem allegare valeat, prout antè paucos annos civem oppidi cujusdam transactionem, cum uxore, inscio, & absente marito, initam, impugnâsse, & coram civico magistratu suo magnam instantiam fecisse, meminimus? certè repulsam tulit memoratus civis ex doctrina D. Balthasar, *tit.* 1. *resol.* 14. *n.* 4. *vers. verùm*

contraria. & D. B. Schmid. *ad art.* 16. *n.* 37. Qui & *n.* 16. notanter docet, maritum non teneri ex lusu uxoris, si forsan sine ejus consensu lusui dedita perdiderit, ubi simul mulieres Monacenses per ejusmodi ludendi consuetudinem sæpè maritorum suorum paupertatis, quin & subhastationis reas agit: A mala muliere libera nos Domine. 7

Landtrecht
Titulus I. Articulus XVIII.
SUMMARIA.

1. *Pacta dotalia an, & qua ratione de jure communi scripto subsistant?*
2. *De jure non scripto sustinentur, quatenus de successione futura agunt.*
3. 4. 5. *Concordat jus Bavaricum, & hoc jure variè erigi debent.*
6. *Jure Bavarico videtur scriptura requiri ad pleraque pacta dotalia.*
7. *Quis sit Judex competens in erigendis pactis dotalibus?*

PActa dotalia, quatenùs agunt de dote allata, contradote, jure communi civili valida, quin & sua ratione necessaria ad dignoscendam uxorem à concubina, atque sic non minùs observanda esse, quàm alia contrahentium, & paciscentium placita, constat ex *tot. tit. ff. de pact. dot. & Cod. de pact. convent.* quatenùs verò agunt de futura successione conjugum, & limites actûs inter vivos omninò egrediuntur, eadem pacta jure civili improbari, & tanquam votum captandæ mortis inducentia, irrita esse, passim deducunt Interp. ex *L. hæreditas.* 5. *Cod. de pact. convent. L. fin. ff. de suis & legit. hæred. L. fin. Cod. de pact.* Fachin. *lib.* 5. *controv. jur. cap.* 84. Berlich. *part.* 2. *conclus.* 51. *n.* 1. *& seq.* Cui tamen juris communis dispositioni non tantùm universalis consuetudo contrariatur, ita, ut pacta dotalia tam in vim actûs inter vivos, quàm & ultimæ voluntatis, si simul de futura conjugum successione agunt, sustineantur, teste Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 33. *n.* 10. Carpz. *part.* 2. *const.* 43. *def.* 6. *n.* 2. D. Rath. *assert.* 35. & plurimis aliis. Sed & jura Bavarica eadem pacta dotalia, de futura successione agentia, apertè approbant, & multifariam eorum erigendorum præscribunt formam, ita, ut plebeij subditi provinciales eadem coram judice, & Præfecto loci competente conscribi, sigillari, vel si facultates tantæ, & 50 floreni, aut ultrà non sint, protocollo inseri, debeant procurare: juxta verba *art.* 18. expressa, sollen fürterhin keine Heuratsgeding kräfftig seyn, dann 1 2 3

es seyen auff dem Land die Heuratsbriff nicht allein von ordentlicher
Obrigkeit geschriben, sondern auch gefertiget, oder da das Vermögen
4 so gering, in deß Gerichts protocol eingeschriben ꝛc. Civibus in civita-
tibus, & oppidis id est præscriptum, ut coram magistratu insinuentur,
pacta dotalia ibi conscribantur, & sigillum vel judicis, vel testium ap-
ponatur, aber in Stätten, und Märckten, sollen sie gleichwol auch bey
den ordentlichen Statt: oder Marcktschreibereyen geschriben werden,
doch mag die fertigung derselben geschehen, eintweders durch die Ob-
5 rigkeit, oder die Heuratsleut ꝛc. Denique personæ Nobiles, vel pri-
vilegiatæ in conficiendis, sigillandis, & conscribendis pactis dotali-
bus plenam, ut & in aliis à plebeijs multùm distinguuntur, habent
libertatem prout insinuant verba postrema *art.* 18. Was aber Ade-
liche, oder andere ansehnliche Personen seynd, die mögen ihre Heurats-
notel und Brieff stellen, schreiben, und fertigen lassen, nach ihrer Ge-
6 legenheit. Ex quibus & hæc inter utrumque jus consequitur differen-
tia, quòd, jure quidem communi inspecto, nullibi ad pacta dotalia
de substantia, & forma scriptura requiratur, ut testatur Wesenbec. *ff.*
7 *de pact. dot. n.* 4. Attamen jure Patrio, ut ex dictis patet, de neces-
sitate plerumque sua ratione scripturæ interventus desiderari videtur,
Illust. D. B. Schmid. *ad art.* 18. *n.* 1. *&* 2. Sed, cùm dixerimus, pa-
cta dotalia plebeiorum erigi, & confici debere coram judice compe-
tente, certè insigne dubium est, quis sit judex competens, & ubinam
pacta dotalia sint erigenda, si v. g. civis Ingolstadiensis duxerit Mo-
nacensem, an Ingolstadij, an Monachij? Ingolstadij, ubi novi con-
juges domicilium habent, & non Monachij confici debere pacta do-
talia, tanquam competente judice respondet, & in praxi ita observari,
tradit Illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 7. at certè subsistere quis pos-
set, an pacta dotalia, in casu coram Monacensi judice erecta, hîc In-
golstadij sint invalida omninò, tum, quia insinuatio, & erectio pacto-
rum dotalium sit voluntariæ jurisdictionis, tum, quia Parochus com-
petens sponsæ, est & competens suô modô respectu sponsi, & vicis-
sim. plura de pactis dotalibus qui desiderat, consulat clariss. D. Rhat.
hoc tract. assert. 33. *&* 24. Stat. Patr. *hoc tit. art.* 18. 19. *&* 20. Illust. D.
Cancellarium *ibidem.* D. Balthasar. *tit.* 1. *resol.* 16. & passim Int. *ad tit. ff.
de pact. dot. & Cod. de pact. convent.* quò nos remittimus, plura suo tem-
pore additturi.

Landt-

Landtrecht
Titulus II. Articulus II.
SUMMARIA.

1. & 2. *Tam de jure communi, quàm Bavarico feudum regulariter nec in dotem dari, nec locò morgengebæ assignari potest.*
3. *An hoc idem procedat in feudis hæreditariis? remissivè.*
4. *Quid in Bavaria circà feuda burseatica sit statutum?*

TElam, quam de morgengeba, seu morgenatica, jure communi civili adhuc incognita, jus Patrium in *tit.* 1. *art.* 1. cæperat texere, 1
continuat, vel potiùs latiùs deducit *hoc tit.* 2. *per tot.* ubi nos eam præprimìs invenimus inter utrumque jus discrepantiam, quòd jure communi feudali inter feudistas communiter, & indubitatè receptum sit, feudum regulariter (exceptis aliquibus casibus, ac observatis observandis, de quibus vid. Balthasar. *tit.* 2 *resol.* 2. *n.* 2.) neque in dotem, consequenter neque in morgengebam dari, aut assignari posse, ea potissimùm ex ratione, quòd dotis datio, imò & morgengebæ assignatio suô modô speciem habeat alienationis, & translationis, Henr. à Rosenthal. *de feud. cap.* 9. *conclus.* 5. *n.* 1. & *conclus.* 8. *n.* 1. & *seq.* Schrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 1. *n.* 32. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 86. *n.* 2. Sequitur jus quoque Patrium *art.* 2. *tit.* 2. Landrecht, ibi: Es mag 2
kein Man auff seinem Lehen, seinem Weib Morgengab geben, ohne seines Lehen Herrn willen ꝛc. ita, ut in feudo recto ad firmiter constituendam morgengebæ assecurationem, & domini, & simul agnatorum consensum requirant feudistæ *in tit.* 55. *feud.* 2. In feudo tamen 3
verè hæreditario, seu illo, quod vasallo, & cui ipse dederit, & omnibus ejus successoribus concessum, & plenæ ejus dispositioni relictum est, aliter sentiant, & morgengebæ etiam absque domini, aut agnatorum consensu constitutionem admittant Int. *ad tit.* 48. *feud.* 2. citati à D. Balthasar. *tit.* 2. *resolut.* 2 *n.* 3. Id, quod nos non moramur, sed 4
hoc annotamus, in Patria diversum quid quoad feuda burseatica, vel burgensitica Beuttellehen sancitum est, ita, ut, licèt hæc feuda, non multùm à feudis hæreditariis distincta, pariter citra domini consensum nequeant vel oppignorari, vel alienari, hoc tamen singulare habeant, quòd dominus consensum suum denegare non possit, & non debeat, *tit* 11. *art.* 4. Landtrecht ibi: welcher dann ohne alle Widerred, dem andern zuleyhen, oder in die verschreibung zubewilligen schuldig ist ꝛc. vid.

quæ

quæ diſputavimus *de feudis part.* 1. *aſſert.* 18. *n.* 8. Atque hinc in his feudis burſeaticis in Bavaria morgengeba conſtitui, nec à domino conſenſus denegari poteſt per verba expreſſa *in art.* 2. *hoc tit.* 2. doch wo es Beuttellehen weren, ſoll es der Herr nit waigern. prout & aliàs hæc feuda etiam pro aliis debitis, quin & in eo caſu, quo maritus, nullis pactis dotalibus erectis, certam pecuniam ex feudis burſeaticis legavit, vel aſſignavit, in executionem venire, docet Illuſt. D. Cancellarius *ad hunc cit. art.* 2. *n.* 5.

Landtrecht
Titulus II. Articulus III.

SUMMARIA.

1. *Regulariter quilibet juri pro ſe introducto renuntiare poteſt.*
2. & 3. *An & quomodo uxor in Bavaria juri morgengebæ valeat renuntiare?*
4. *Quot teſtes ad hanc renuntiationem requirantur?*
5. *Solvitur aliqua objectio.*

1 ILla quoque, ſi placet, aſſignari poteſt inter utrumque jus differentia, quòd de jure communi Cæſareo regulariter quilibet juri, beneficio, aut prærogativæ, pro ſe introductæ, poſſit ſuô modô renuntiare, *L. ſi quis in conſcribendo. Cod. de pact.* De jure tamen Statutario
2 Patriæ uxor juri ſuó morgenatico aliter renuntiare nequeat, niſi id fiat in ſcriptis, & ſimul extranei teſtes ſua ſigilla apponant; juxta *art.* 3. *tit.* 2. Landtrecht. ibi: Es kan auch kein Frau ſich ihrer Morgengab verzeyhen, dann mit briefflicher Urkundt; es hat auch ihres Haußwirths Inſigl an der Urkundt kein krafft, es hangen dann andere Inſigl daran 2c. Idque ea, ni fallimur, ex ratione ita ſancitum eſt, tum, ne uxor,
3 blandimentis mariti delinita, temerè promittendo, jus ſibi competens cum notabili damno diſtrahat, tum, ut intrà tempus ſcripturæ, & ſubſigillationis à teſtibus conſigillantibus meliùs de jure ſuo informetur,
4 & certior reddatur; At, cùm in prædicto *art.* 3. numerus teſtium, & ſigillatorum non determinetur, ſed in genere andere Inſigel requirantur, dubium eſſe poſſet, quot teſtes ſigilla ſua apponere debeant? recurrimus ad jus commune, quo, ſi teſtes requiruntur, numerus tamen non determinatur, duo, vel tres ſufficere cenſentur, cùm pluralis elocutio, duorum numerô ſit contenta, text. & Int. *in L. ubi*
5 *numerus. ff. de teſtib.* Obſtare quidem videtur *art.* 4. *ſequens hoc tit.* 2.

Landt-

Landtrecht, ubi unus consigillator, einen anderen, der in frembden Sachen zefertigen befuegt ꝛc. sufficit ad hoc, ut fundi morgenatici alienatio subsistat, ergò & in casu nostri *art* 3. unus testis sigillum apponens sufficere videri posset, præsertim, cùm forsan hic *art* 3. numerum testium non determinans, ad *art.* 4. *seq.* respexerit: sed dispar inter renuntiationem, & alienationem videtur esse ratio, etenim renuntiatio, potissimùm in mariti commodum vergens, majori periculo est exposita, ne à marito inducatur, & sic ejusdem sigillo jura Patria parvam attribuunt fidem, quàm alienatio, in qua ejusdem sigillum præter alterius consigillatoris requirunt, ut benè deducit Illust. D. Cancellarius *ad hunc art.* 3. *n.* 3.

Landtrecht
Titulus III. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Filius familias utroque jure ex contractibus initis obligatur.*
2. *Excipitur contractus mutui jure communi, & Patrio.*
3. *Id quod jure communi tum procedit, si pecunia mutuata fuerit.*
4. *Jure Bavarico autem obtinet, etsi alia quævis res fuerit mutuò data.*

IN hoc jus commune, & statutarium conveniunt, quòd, licèt filiusfamilias, adhuc in sacris, & potestate parentis constitutus, regulariter ex communi contractu, quem celebrat, sua ratione efficaciter obligetur per text. *in l. tam ex contractibus.* 57. *ff. de judiciis. l. filiusfam.* 39. *ff. de A. & O. l. fin.* §. 1. *ff. de V.* O. imò ex contractu filii etiam pater peculiotenùs suô modô obstringetur text. & Int. *in §. in personam* 8. §. *Actiones. Inst. de action. l.* 21. §. *fin. ff. de pecul.* Attamen utroque jure contractus mutui sit adeò exceptus, ut, si filiusfamilias mutuam forsan ab alio accepisset pecuniam, neq; ipse filiusfamilias, neque pater condictione certi ex mutuo conveniri, aut efficaciter ad solutionem cogi valeat, obstante scilicet SC.to Macedoniano, in odium fœneratoris Macedonis introducto, ut qui, & alii ipsi haud absimiles, consueverant, aut adhuc aliqui solent, sub ingenti fœnore filiisfamilias pecuniam mutuare, qui acceptâ pecuniâ, laxatis frœnis, pessimisque seducti moribus, postmodùm vel vitæ parentum insidiabantur, ut facultatibus paternis potiti, ab usuris se liberarent, vel mortuis parentibus depauperati miserè va- 1 2

gabantur, text. & Int. *in tot. tit. ad SC.tum Maced.* concordant quidem
3 quoad hoc in genere Statuta Patria *tit.* 3. *art.* 1. Landtrecht. Sed deiη in hoc jus Bavaricum à jure communi notanter differt, quòd Senatus consulti Macedoniani constitutio jure communi duntaxat de pecunia numerata, non item de aliis rebus procedat, ea scilicet ex ratione, quia juvenes filiifamilias non alia re magis seducantur, & interitûs periculum subeant, quàm pecuniâ numeratâ, text. & Int. *in l. siquis.* 3. §. 3. *ff. ad SC. Maced.* nisi hoc forsan in fraudem legis agatur, ut triticum v. g. detur vendendum, pecunia accepta mutuetur, & sic in effectu mu-
4 tuum celebretur, ut benè notat Balthasar. *tit.* 3. *resol.* 1. *n.* 52. Jure autem statutario Bavariæ non tantùm eo casu exceptionem SC.ti Macedoniani admittitur, quando pecunia numerata sit mutuò data, sed & quando alia res, ut vinum, triticum, fuerit concessum, ut apparet *ex art.* 1. *tit.* 3. Landrecht. ibi: daß dieselbige, ohn sein Bewilligung, von iemanden kein Gelt, oder anders für sich selbst, entlehnen &c. Balthasar. *d. locô.*

Landrecht
Titulus III. Articulus II.

SUMMARIA.

1. *Jure communi scripto justæ nuptiæ non sunt modus tollendæ patriæ potestatis.*
2. *Aliud tamen de jure non scriptô universaliter obtinet.*
3. *Concordant Statuta Bavarica, si simul separatum focum liberi habeant.*
4. & 5. *Quin, si separatim habitent, patria potestas solvitur, etsi matrimonium non ineant.*
6. *An, matrimoniô solutô, filius, vel filia in patriam potestatem revertantur?*
7. *Parentes jure communi non coguntur liberos è potestate dimittere.*
8. *Tenentur jure Bavarico, si liberi sint ultrà annum 25.*

1 UT ut jure communi patria potestas in favorem parentum sollicitè introducta, initô à liberis matrimoniô regulariter non dissolvatur, sed sicut patres, ita & nepotes & pronepotes, sub patria potestate sui avi, aut abavi permaneant, text. & Int. *in* §. *qui igitur. fin. Inst. de patr. potest. l. sic eveniet.* 21. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 1. §. 2. *l.* 29. *ff. solut. matr.*
2 Huic tamen juris communis dispositioni non tantùm universalis consuetudo

ſuetudo totius Europæ adverſatur, & juſtæ nuptiæ hodie modus ſunt tollendæ patriæ poteſtatis, ſeu dein novi conjuges domô paternâ egrediantur, ſeu in illa adhuc habitent, ut communiter tradunt Int. *ad cit.* §. *fin. inſt. de pat. pot. & ad tit. inſt. & ff. quib. mod. jus pat. pot. tollatur.* D. Parens *ibid. q.* 13. eleganter Beſold. *in ſuo theſ. pract. verbô* freyen Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 11. Conſentiunt Statuta Bavarica *in art.* 2 *tit.* 3. 3
verbis: deßgleichen, wann der Sohn, oder Tochter verheurat seyn, ita tamen, & potiſſimùm, ut ſimul, relictis laribus paternis, ſeparatim habitent, ſeu diſtinctum habeant focum, & familiam, ut notanter oſtendunt verba *art. cit.* und noch darzu einen aignen Rauch, und Haußhalten haben &c. clariſſ. D. Rhat. *d. tract. aſſert.* 41. Quin &, licèt matrimonium non iniverint, ſi tamen ſeparatum focum, & familiam habeant, atque forſan mercantiam ſeparatam exerceant, eo ipſo jure Bavarico patria poteſtas ſolvatur, per verba: auch da ſie gleich nit verheurat ſeyn, aber dannoch mit ebenmeſſiger deß Vatters, oder Vätterlichen Anherrns Bewilligung ein aigen Haußhaben, Gewerb, und Handthierung hetten, und nicht mehr in ihres Vatters, Anherrns, oder Uranherrns Unterhaltung weren &c. Atque hinc commodè advertit clariſſ. D. Widmont. *ff. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 130. in Bavaria contractum matrimonialem ſolùm non ſufficere ad tollendam patriam poteſtatem, benè verò ſeparatam œconomiæ inſtitutionem; prout & antè allegatam univerſalem conſuetudinem quidam ita temperant, ut ſimul utrumque, & ſeparatum focum, & matrimonium initum requirant cum Zœſ. *in addit. ad cit. tit. ff. de adoptionib. emancip.* Ex quibus quæſtionem illam, an filius, vel filia, matrimoniô forſan morte alterutrius conjugis ſolutô, iterum in patriam revertantur poteſtatem? in Bavaria noſtrô judiciô benè reſolvit D. Balthaſar. *tit.* 3. *reſol.* 2. *n.* 5. filium, vel filiam reverti in poteſtatem patriam, ſi ſimul ad lares, focúmque parentum revertantur, & ab illis alimenta percipiant, cùm æquum ſit, patrem ob onus alimentorum, ſentire commodum poteſtatis patriæ, ſecùs verò fore, ſi filius, vel filia, ſolutô matrimoniô, nihilominùs privatum focum, & familiam alant; malè diſſentiente in Patria noſtra clariſſ. D. de Widmont. *d. locô n.* 141. *arg. l. fin. ff. de his, qui ſui, & alieni jur.* cujus opinionem in aliis provinciis ſequi poſſunt, nobis non invitis, Berlich. *de part.* 2. *concluſ.* 11. *n.* 52. Gutierez *pract. quæſt. lib.* 2. *q.* 10. *n.* 2. & alii. Demùm & in hoc jus 7
ſtatutarium à jure communi diſtat, quòd hoc jure parentes inviti ad liberos cujuscunque ſtatûs emancipandos, aut è poteſtate patria di-

 mit-

mittendos regulariter non compellantur *l. non potest.* 31. *ff. de adopt. l. filiusfam.* 8. *in fine. ff. unde liberi.* nisi forsan justa causa allegari possit, ut si pater leno filias prostituat. *§. 2. Inst. de his, qui sui, vel alieni jur.* vel legatum accepisset sub conditione filii emancipandi *l.* 9. §. 2. *ff. de condit.*
8 *& demonstrat.* D. Rhat. *assert.* 43. Attamen jure nostro statutario, sicuti expressè, & in terminis consensus requiri dicitur *in art. cit.* 2. verbis: aber dannoch mit ebenmessiger deß Vatters / oder vätterlichen Anherrns Bewilligung / hoc tamen duntaxat restringitur ad liberos infrà annum 25. ætatis constitutos, qua ætate ampliùs consensus patris non requiritur, sed liberi suô modô dimitti debent, nisi valde urgentes causæ contrarium pro arbitrio judicis suadeant: Doch soll ein Vatter / Anherr / oder Uranherr kein Kindt / wan es fünff und zwainzig Jahr seines Alters erraicht / bey ihme zu bleiben nötigen / oder an seinem abgesünderten Gewerb / und Handthierung verhindern / er hätte dann dessen sonderbare erhebliche Ursachen / darüber auff solchen fall die Obrigkeit / was billich / und recht ist / soll zu erkennen haben &c. Id quod & similiter in Saxonia observari, testatur Berlich. *pract. conclus. part.* 2. *conclus.* 11. *n.* 27. & 28.

Landtrecht

Titulus III. Articulus III.

SUMMARIA.

1. *Jure comuni patres usumfructum peculij adventitij habent, & semper retinent.*
2. *Nisi in casu emancipationis, ubi dimidia pars ad liberos transit.*
3. *In Bavaria inter patres Nobiles, & plebeios distinguitur, & quid circa patres plebeios? & n.* 4.
5. *Patres, & personæ Nobiles in Bavaria usumfructum bonorum adventitiorum retinent, quoad vivunt?*
6. *Neque interest, an post, vel antè dissolutionem potestatis patriæ liberis obveniant.*

1 JUra communia peculij, seu bonorum adventitiorum dominium, seu proprietatem liberis permittunt, *L. res, quæ.* 1. *& L. quidquid.* 2. *Cod. de bonis maternis.* utendi tamen, & fruendi facultatem ad diem vitæ patribus attribuunt, adeò, ut usumfructum hunc nunquam amittant, etiam potestate patria quomodocunque dissoluta, text. *in L. quod scitis.*
2 3. & *L. quæcunque.* 4. *Cod. de bonis, quæ lib.* Perez. *ad hunc tit. n.* 2. Eo

forsan

forsan casu solo excepto, quando pater filium emancipaverit, ubi ad filium dimidiæ peculij adventitij partis ususfructus transit, altera medietate patri in compensationem emancipationis, ex liberalitate factæ, remanente, Interpretes *in L. cùm oportet. 6. §. cùm autem. 3. Cod. de bonis, quæ liberis.* & aliàs passim. Quæ tamen jure statutario adeò immutata sunt, ut, distinctione inter personas Nobiles, & Nobilibus adnumerari solitas, & plebeias adhibita, quoad hos, seu plebeios parentes expresè statuatur, eos, potestate patria legitimè soluta, eo ipso teneri cuncta bona adventitia, ad liberos quoad proprietatem jam pertinentia, etiam quoad usumfructum extradere, juxta tenorem *art.* 3. *tit.* 3. verbis: so lang ein Vatter ein Kind, oder ein Anherr sein Enickle von seinem Sohn, in seinem Brodt, und Underhaltung gehabt, daß er auch desselben Mütterlich Guet, und was von Mütterlicher Seiten, an dasselb Kind kommen, genossen, aber wann solches Kind, oder Enigkel durch Henrath, und aignen Rauch, oder sonsten durch aigen Haußhaben, auß seiner Underhaltung, und Vätterlichem Gwalt kommen, er demselben das Mütterlich Guet, oder was dem Kind sonsten zugestandem rc. müssen zustellen: excepta dote, cujus totius ususfructus patri remanet per verba *cit. art.* ausser deß Heurathsguets, welches er sein Lebenlang zuniessen hat rc. Aut nisi liberi antè annum 25. sine consensu patris matrimonium celebraverint, quo casu parentes in pœnam neglectæ paternæ voluntatis usumfructum retinent usque ad annum liberorum 25. Es hette dann ein Kind under fünff und zwaintzig Jahrn, ohne deß Vatters, oder da es keinen Vattern, deß Anherrn Bewilligung Geheurat. In solchem Fall ist ihme der Vatter, oder Anherr das Mütterliche Guet hinauß zugeben nicht schuldig, ehe und zuvor es fünff und zwaintzig Jahr alt wird rc. vid. D. Balthasar. *tit.* 3. *resol.* 3. *n.* 3. ubi, hanc limitationem 3
etiam jure communi procedere, tradit. Personas verò Nobiles, & illis in Patria adnumerari solitas, quod attinet, jus statutarium cum jure communi sua ratione & convenit & discrepat, etenim Nobiles personæ, patria potestate quomodocunque dissoluta, usumfructum, dum vivunt, retinent, licèt aliàs per emancipationem jure communi patri duntaxat dimidium usumfructum remanere, dictum sit antè. *cit. art.* 3. ibi: anlangend aber die Adels- und andere oben außgenommne Personen, weil bey denselben ein anders herkommen, soll fürterhin diser underschid gehalten werden, nemblich daß ein Vatter, oder Anherr alles das jenig, was ihme sein Haußfrau in wehrender Ehe, an Heuratguet, oder sonsten zugebracht, deßgleichen auch das jenig, was den Kinderen

oder Enigklen, zur Zeit sie noch in seinem Vätterlichen Gwalt, und Underhaltung gewest, von Mütterlicher auffsteigender Lini zugestanden,
6 sein Lebenlang soll zuniessen haben 2c. Prout & hoc in Patria nostra singulare, & à jure communi diversum est, quòd parentes Nobiles, & hos inter censeri soliti, ita usumfructum retineant peculij, & bonorum adventitiorum, seu maternorum, ut nihil intersit, an antè, vel post dissolutionem patriæ potestatis hæc bona materna liberis obvenerint, cùm & patria potestate soluta acquisitorum bonorum maternorum ususfructus sit parentum, juxta verba *art. 3. vers.* was aber ein Kind 2c. ibi: (ausserhalb seiner Mutter Guet, oder so von Mütterlicher aufsteigender Lini an dasselb erblich, oder in anderer weg gefallen were) &c. dum tamen de jure civili per cit. text. *in L. si viva matre. 3. Cod. de bonis maternis*, duntaxat virilis portionis ususfructus patri conservetur, si hæc bona materna filijs emancipatis, post patriam potestatem primùm fuerint delata, reliquo usufructu, & proprietate integra ad liberos pertinente. Ant. Perez. *ad d. tit. n. 3. in fine.* clariss. D. Rhat. *sæpè alleg. tract. assert. 42.*

Landtrecht.
Titulus III. Articulus IV.
SUMMARIA.

1. *Parentes Nobiles ad evitandam confusionem tenentur bona uxorum post earum mortem intrà annum specificè annotare & demonstrare.*
2. *Simul debent liberos cautione debita securos reddere.*
3. *Quamvis paterna bona pro adventitiis aliàs jam sint obligata.*
4. *Hæc constitutio omninò est observanda.*
5. *Jus commune videtur magis in parentibus confidere, quàm jus Bavaricum.*

1 QUemadmodum ex dictis constat, parentibus nobilibus, & privilegiatis jure Bavarico usumfructum adventitiorum, seu maternorum bonorum ad dies vitæ, plebeiis verò, quousque liberos in potestate, & alimentatione detineant, adjudicari, ita & ad evitandas lites, bonorum confusiones, & altercationes, quæ facilè evenire possent, eodem jure saluberrimè cautum est, ut parentes privilegiati, aut Nobiles inter se coram consanguineis, plebeij verò coram magistratu, & judice competente intrà annum conficiant aliquod inventarium, & specificam descriptionem, qua omnia bona uxorum, quæ liberis proprietariè obveniunt,

niunt, annotent, & demonstrent, sive dein parentes ad ulteriora matrimonia transire velint, sive non, cùm liberorum utroque casu maximè intersit, posse securè, & tranquillè post obitum patrum bona materna dignoscere, & præripere: *art.* 4. *tit.* 3. Landrecht. ibi: so soll alsdann der Verwittibt, er greiffe zu der anderen Ehe, oder nit, denselbigen, seinen Kindern erster Ehe, ihr Mütterlich Guet, wie vil sich dessen befindet, und wie es namen haben mag, in beysein der Freundtschafft, da es Adels Personen, Doctores, so Fürstl. Räth, von den Geschlechten, auch andere Doctores, die ihren Gradum bey bewehrten Universiteten erlangt: aber andere vor der ordentlichen Obrigkeit, doch auch in beysein beederseyts Freundschafft, vor außgang Jahr und Tags, bey Vermeydung der Straff, benantlichen außgezaigen &c. Cui accedit, quòd in favorem liberorum jura Patriæ insuper disposuerint, ut 2
patres simul, & prætereà cavere, & securos reddere debeant liberos suos, ne proprietatis, & bonorum maternorum quandocunquè, & quomodocunque subeant periculum, juxta verba sequentia *cit. art.* 4. fürzesetzen, und zuversicheren schuldig seyn &c. Quamvis præterea de jure 3
Bavarico reliqua patris bona liberis pro adventitiis, & maternis bonis sint obligata juxta *tit.* 2. *art.* 18. Gandt-Proceß. Quæ certè saluberrima juris Bavarici dispositio, optandum esset, ut acuratiùs in patria ob- 4
servetur, & non tot, & tantæ postmodùm lites in maximum, & irreparabile liberorum detrimentum eveniant, ut praxis non una, sed pluribus vicibus, imò quotidie fermè testatur: Et hæc, si non omninò 5
contrà, saltem præter jus commune ita in Bavaria sunt sancita, & statuta, etenim jura communia magis confidunt in persona patrum, & nuspiam vel confectionem inventarij, multò minùs aliquam cautionem patri imponere leguntur, text. & DD. *in L. cùm oportet.* 6. *& L. cùm non.* 8. *Cod. de bonis quæ lib. L. si quis prioris.* 8. §. 1. *& 2. Cod. de secund. nupt.*

Landtrecht
Titulus IV. Articulus IX.

SUMMARIA.

1. *Hominum propriorum in Germania, & Bavaria varia, & diversa est conditio, qualitas, & natura.*
2. *Jus commune ad libertatem concedendam indiscriminatim quinque testium præsentiam desiderat.*

3. Con-

3. *Consentit jus Bavaricum quoad actus ultimæ voluntatis, secùs verò quoad actus inter vivos.*

1 TOtus hic titulus quartus de propriis hominibus inscribitur, von aignen Leuthen, & licèt hi videantur esse species quædam servorum, censiticorum, glebæ adscriptitiorum, aut similium, queîs antiquitas utebatur, & de quibus multa in jure communi inveniuntur disposita, attamen cum illis in paucis conveniunt, quin & pro diversitate provinciarum in Germania, imò & in ipsa Patria inter se distinguuntur, & alibi tempore mortis, alibi quot annis certam pecuniam den Leibpfenning, Leibgelt, alibi gallinam, Leibhennen præstant, ac diversissimô modô dominis suis subjecti sunt, ita, ut nuptias sine eorum consensu non contrahant, ex districtu jurisdictionali non exeant, aut ad libitum redeant, aut quò ad alios similes effectus, ut pluribus videre est *in cit. tit.* 4. *per tot.* Landtrecht. & tradita *ibidem* Illust. D. B. Schmid.,
2 Qui ad *art.* 9. *n.* 6. eam singulariter notatam vult differentiam, quòd jus commune ad libertatem, vel per actum ultimæ voluntatis, vel per actum inter vivos concedendam, indiscriminatim quinque requirat testes in *L. un. §. sancimus.* 1. *& §. sed & si quis* 2. *Cod. de latin. lib. tol.* At-
3 tamen jure Patrio quinque testes requirantur, eo duntaxat in casu, quando per ultimam voluntatem fieri debeat libertatis concessio, non autem tunc, si per actum inter vivos libertas homini proprio concedatur, per verba generalia *in art.* 9. ibi: wann sich einer abkaufft, oder ihme die Freyheit geschenckt 2c. Sed, dum hæc materia de hominibus propriis adeo magnis difficultatibus non sit obnoxia, ac vel ex Statutis, vel consuetudine locorum sit determinanda, nolumus ei diutiùs immorari. vid. de his propriis hominibus Stam. *de person. servit. per tot.* D. Balthasar. *tit.* 4. *per tot.* D. Weixner *tract. in privil. Stat. Prov. part.* 3. *disp.* 10. *& alij.*

Landtrecht
Titulus V. Articulus I.
SUMMARIA.

1. *Jure communi triplex est tutela testamentaria legitima, & dativa.*
2. *Jure Bavarico tutela legitima non censetur habere locum, ut ut Judex ad proximos consanguineos teneatur respicere.*

3. *Jure*

3. Jure Bavarico licet non solùm in testamento, sed & codicillo dare tutorem.
4. Jure communi non nisi in testamento tutor datur.
5. Curator jure communi in testamento non poterat dari.
6. Attamen jure patrio sua ratione dari potest.
7. & 8. Quomodo jure communi, & jure patrio attendatur illa tutorum excusatio, quòd nimirùm à bonis pupillorum suorum nimiùm distent.

TRansgredimur ad titulum quintum, materiámque tutelæ, & curatelæ inibi contentam: plures insignes inter jus commune, & 1
Bavaricum inibi inveniuntur differentiæ, præprimis jure communi in confessio est, triplicem esse tutelam, testamentariam, qua pater testamentô liberis, & nepotibus tutores constituit; legitimam alteram, quando, deficiente tutela testamentaria, proximi consanguinei tutelæ onus suscipere à lege coguntur, tertiam dativam, cùm judex tutorem pupillis denominat, text. & Int. *tot. tit. juris de tutel. Quinam testam. tut. de Legit. tut. de Attil. tut.* Jure autem Bavarico tutela legitima omninò 2
intermissa censetur, dum, testamentariâ tutelâ deficiente, statim Judex tutorem assignare jubetur, ita tamen, ut proximos consanguineos rerum intelligentes, & respectivè legitimos tutores det, text. *in art. 1. tit.* 5. Landtrecht. verbis: wo aber der Vatter den Kindern nit Vormunder setzt, so soll die Obrigkeit den nechsten Freundt von Vätter und Mutter, die darzu geschickt seyn, verordnen ꝛc. Altera insignis differentia ea 3
est, quòd jure nostro Bavarico parentibus licitum sit, liberis tutorem dare non solùm in testamento, sed & codicillo, aut alia ultima voluntate non ita solenni, ut arguunt verba *tit. 5. art. 1. cit.* in krafft eines Testaments, oder letsten Willens, ita, ut ejusmodi tutores sive in testamento, sive alia ultima voluntate à patre dati in Bavaria sine ulla cunctatione ad tutelam admitti debeant, per verba textûs sequentia, alsdann sollen dieselben Gerhaben, oder Vormunder zu solcher Gerhab: und Vormundtschaft ohn irrung gelassen werden ꝛc. Dum tamen jure communi civili regulariter 4
tutor dari nequeat à patre, nisi in testamento. *L. 1. & seq. ff. & Cod. de test. tut. L. 2. Cod. de confirm. tut.* vel si etiam codicillis, aut alia ultima voluntate daretur, tutelæ datio esset inutilis, nisi à judice confirmaretur, text. & DD. *in L. neque per epistolam. 2. & L. si, ut proponis. 3. Cod. de confirm. tut.* Ant. Perez. *ibidem n. 1. & 2.* ubi tamen *n.* 6. ejusmodi tutelam potiùs dativam, quàm testamentariam dicit, vid. D. Parens *lib. 1. Inst. tit. 13. q. 8. ob. 2. & seq.* Ex eodem fonte profluit tertia inter 5
utrumque jus differentia, quippe de jure communi certum est, cu-

 ratelam

ratelam nullam esse testamentariam, tum, quia Lex 12. *tab.* duntaxat locuta sit de tutela, text. & Int. *ad tot. tit. de curat. L. tutelæ 7. Cod. de testam. tut.* ibi: *curatorem enim inutiliter in testamento dari, non ambigitur*, cùm, quia olim de jure communi Justinianeo puberi invito non debuisset dari curator, nisi in litem, text. & Int. *in §. 1. Inst. de curat.* ut ut nihilominùs, curator testamentô datus, à judice debeat confirmari, *L.*
6 *ut ne 1. §. boc ampliùs 3. ff. de confirm. tut. vel curat.* De jure tamen Bavarico, curatorem à patre in testamento, vel alia ultima voluntate posse dari utiliter, & sua ratione sine confirmatione non minùs, quàm tutorem, arguitur *ex art. cit. 1. tit. 5.* Landtrecht, dum hic articulus de tutoribus von Vormunderen, und Gerhaben non tantùm, sed etiam de curatoribus von versorgeren, und Treustragern simul agat, & sic, quidquid de tutoribus, simul de curatoribus disponere censeatur, ut benè
7 ratiocinatur Illust. D. B. Schmid. *ad hunc tit. 1. n. 26.* Denique, dum & *hoc ipso articulo 1.* proponantur causæ, quêis tutores dati onus tutelæ deprecari possint, verbis: deren keiner solche Vormundschafft anzunemmen sich entschuldigen mag, er habe dann ꝛc. ita in hoc jus statutarium à jure communi differre videtur, quòd in statutis Patriis potiùs arbitrio judicis relictum sit, à tutore excusationem illam accipere, & alium tutorem dare, quòd tutor nimiùm à facultatibus, aut bonis pupilli distet, ita, ut in Bavaria, nec certum spatium, nec certus modus præscriptus sit, verbis: *art. 1.* oder auch, da sie je so weit von den Pflegkindern, und ihren Güetern entsessen, daß sie schwerlich, und ohne der Kinder mercklichen Unkosten der Vormundschafft, der gebür nach, nit köndten abwarten ꝛc. sollen ihnen andere nutzliche, und taugliche Vormunder gegeben ꝛc. Cùm jure communi tum primùm excusatio exaudiatur, si pupilli bona extrà provinciam, & ultrà centesimum lapidem, seu 25. milliaria à tutoris domicilio distent, text. & Int. *in L. non solùm. 10. §. & qui in testamento. 4. L. propter litem. 21. §. licet datus. 2. ff. L. si curatores 2. Cod. de excusat. tut. & curat.*

Landtrecht.

Titulus V. Articulus III.

SUMMARIA.

1. *Fœminæ ad tutelam regulariter jure communi non admittuntur.*
2. *Jure novellarum matres, & aviæ suô modô sunt exceptæ.*

3. Jure

3. *Jure Bavarico quoque matres, & aviæ admittuntur, intereſt tamen, an ex voluntate teſtatoris, & ex pactis dotalibus ſuſcipiant tutelam.*
4. *Si contra voluntatem teſtatoris ſuſcipiunt tutelam, duo tutores iisdem aſſociantur.*
5. *In Bavaria ſola matris, aut aviæ declaratio ſufficit, ſe velle tutelam ſuſcipere, & non requiritur actualis, privilegiorum renuntiatio.*

TUtelam adminiſtrare, virile munus eſſe, & ſexûs fœminei infirmitatem transgredi, atque ſic mulieres ad tutelas, curatelásque regulariter jure communi non admitti, conſtat *ex L. tutelam.* 1. *Cod. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt.* A qua tamen juris communis diſpoſitione mater, & avia jure novellarum excipitur, ita, ut propter ſingularem pietatem, maternam affectionem, & fiduciam, quam jura in matrum, & aviarum affectu ponunt, etiam antè agnatos, & conſanguineos ad tutelam, aut curatelam liberorum admittantur, dummodò ſecundis nuptiis, Senatûs Conſulto Velleiano, aliiſque legum auxiliis, quêis à jure privilegiatæ mulieres pupillis potiùs obeſſent, quàm prodeſſent, ritè renuntient, text. & Int. *in Auth. matri, & aviæ. Cod. antè cit. tit. quando mulier.* Rittershus. *de jure novis. part.* 8. *cap.* 2. *n.* 9. Concordant jura Bavarica, *art.* 3. *tit.* 5. Landtrecht. matribus quoque, & aviis, ſi ſponte velint ſuſcipere, tutelæ adminiſtrationem concedentia, hoc inter utrumque jus commune novum, & Patrium diſcrimine interpoſito, ut ſi Mater, & avia vel ex judicio, diſpoſitione, aut voluntate teſtatoris, vel ex pactis dotalibus tutelam ſuſciperent adminiſtrandam, aſſiſtentes duntaxat unus vel duo ipſi adjungantur, quibus mater tutrix ſummarias reddat rationes, quique ſine juramenti obligatione conſiliis, induſtriâ, & operâ ſuâ adminiſtranti tutrici aſſiſtant, ut inſinuat *art. cit.* 3. ibi: were aber ihr die Vormundtſchafft durch geding, oder letzten Willen, wie erſt angedeut, vertrauet, ſollen ihr alsdann nur beyſtänder, ohne ſondere Vormundſchafft pflicht zugeordnet werden ꝛc. Quòd ſi verò citra voluntatem, aut judicium teſtatoris, aut aliis caſibus quibuscunque tutelam ſuſciperet mater, vel avia, eidem non tantùm aſſiſtentes, ſed veri tutores aſſociantur, qui aſſiſtant, adjuvent, rationes ſummarias recipiant, & pupillos defendant, juxta verba *d. art.* 3. doch ſollen ihr, in dem Fall, wann in den Heuratsgedingen, oder deß Vatters letzten Willen, der Wittib die Vormundſchafft nicht anbefolchen were, zween ordentliche verpflichte Vormunder zugeordnet werden ꝛc. clariſſ. D. Rhat. *aſſert.* 55. Quin & in hoc jus ſtatutarium à jure communi

Margin: 1 (line 1), 2 (line 4), 3 (line 14), 4 (line 25), 5 (last line)

muni recedit, quòd de jure communi mulieres ad tutelam non admittantur, nisi ritè, & expressè secundis nuptiis, & Senatusconsulto Velleiano renuntiaverint, *cit. Auth. matri, & aviæ. Cod. quando mulier. Novell. 44. cap. 2. Novell. 118. cap. 5.* Ant. Perez. *Cod. d. tit. n. 2.* dum tamen jure Bavarico ejusmodi renuntiationi æquivalere videatur sola matris, vel aviæ declaratio, qua, tutelam se suscipere, & sic eo ipso præstanda velle præstare, profiteantur, ut tradit D. Balthasar. *tit. 5. resol. 3. n. 16.*

Landtrecht
Titulus V. Articulus IV.
SUMMARIA.

1. *Jus commune Cæsareum tutoribus, & curatoribus juramentum imponit, quo promittant, se pupillos, & minores pro viribus defensuros.*
2. *Jus Bavaricum id Judicis arbitrio pro circumstantijs committit.*
3. *An, & quando jus commune satis dationem à tutoribus desideret?*
4. *Recessus Imperij indistinctè de omnibus tutoribus eam expetunt.*
5. *Id quod jure Bavarico rursùm Judicis arbitrio relinquitur.*
6. *Interest in Patria, pupillis providere expressâ hypothecâ in bonis tutorum.*

1 TUtores, & curatores de jure communi Cæsareo non tantùm respicientes ad Deum omniscium, & singularem protectorem pupillorum, & minorum, res eorum ut suas curare jubentur, jurejurandô ad sacrosancta Evangelia præstitô *Novell. 72. cap. 8. l. 27. Cod. de Epis. aud. Int. ad tit. de satisdat. tut. vel curat. communiter.* Id quod singulariter repetunt Recessus Imperij *de anno* 1548. *tit.* 31. *§.* 3. ibi: auch mit gelübden und ayden beladen werde. & *de anno* 1577. *tit.* 32. Jura tamen
2 Bavarica non adeò præcisè exigunt juramentum, sed ad arbitrium judicis etiam promissionem locò juramenti pro tutelarum, & personarum circumstantia, admittunt, *juxta art* 4. *tit.* 5. Landtrecht. ibi: und darauff der Obrigkeit und Kinder pflicht thuen, oder an ayds statt geloben;
3 vid. illust. D. Cancellarius *ibid. n.* 10. Similis inter utrumque jus differentia ea est, quòd jus commune Justinianeum à tutore in testamento à patre dato, vel à magistratu cum inquisitione constituto tam propter testatoris approbationem, quàm & præsuppositam magistratûs sufficientem inquisitionem in mores, & facultates tutoris, specialem satisdationem per fidejussores, vel pignora non requirant. *cit. l. de creationibus.*

tionibus. 27. *Cod. de Episc. aud. L. non omnium* 4. *Cod. de tut. & curat. qui satis non dedit.* ibique passim Int. Recessus autem 4
Imperij, jus Justinianeum commune penitùs immutantes, indistinctè, & generaliter ab omnibus tutoribus satisdationes requirunt *cit. tit.* 32. *de anno* 1557. ibi: daß ein jeglicher Vormunder, er seye gleich testaments weiß verordnet, oder durch daß recht, oder Richter gegeben, rechtmässige caution, und versicherung thue ꝛc. Statuta tamen Bavarica, mediam inter jus commune Justinianeum, & Reces- 5
sus Imperij ingressa viam, pro concurrentibus circumstantijs, & diversitate personarum id prüdentis judicis relinquunt arbitrio, an, & qualem velit à tutore, vel curatore petere cautionem, & securitatem; atque ideò cautionem satisdatoriam non facilè esse obtrudendam viris honestioribus, bonæ famæ, & quorum facultates adæquant, vel omninò excedunt bona pupillaria, tradit illust. D. B. Schmid. *ad d. art.* 4. *n.* 12.
Certè, licèt etiam de jure communi, & regulariter aliàs bona tutorum, 6
& curatorum tacitè sint pupillis, & adolescentibus hypothecata text. & DD. *in l. pro officio.* 20. *Cod. de administrat. tut.* Id tamen singulariter annotamus, jure Patrio consultius esse, ut magistratus, & judex in decernenda tutela, vel curatela expressa hypothecæ constitutione pupillis, & minoribus provideant, ea ex ratione, quòd aliàs de jure Bavarico tutoris uxor pupillis, & minoribus, utpote tacitam duntaxat hypothecam habentibus, præferretur, *per tit.* 2. *art.* 11. Gandt-Proceß. ut optimè notat D. Balthasar. *tit.* 5. *resol.* 4. *n.* 8.

Landtrecht.

Titulus V. Articulus V.

SUMMARIA.

1. *Olim de jure communi minoribus invitis non poterat dari curator, nisi forsan in litem.*
2. *Cui dispositioni Justinianeæ contrarij sunt Recessus Imperij, & Statuta Patriæ.*
3. *In Bavaria, & etiam alijs Germaniæ locis tutores, finitâ tutelâ, in curatores transeunt.*
4. *Licet de jure communi invitus tutor non cogatur curatelam suscipere, cujus antea erat tutor.*
5. *Annô vigesimô quintô masculi, & fœminæ jure communi fiunt majorennes.*
6. *Jure Bavarico autem annô vigesimô primô masculi, & fœminæ majorennitatem obtinent.*

7. An in Bavaria, abbreviato majorennitatis tempore, etiam tempus petendæ restitutionis in integrum sit abbreviatum?

8. Proponitur opinio negativa, & rationes pro ea militantes.

9. & 10. Opinio affirmantium, præjudicijs roborata, recipitur.

1 IN pluribus articulus quintus à jure communi recedit; præprimis jure communi cautum est, adultis, & adolescentibus olim invitis, nisi forsan ad litem, curatorem non potuisse constitui, text. & Int. *in §. item inviti. 2. Inst. de Curat.* ibi Arnoldus Vinnius *per tot.* & eleganter Ant.
2 Perez. *ad tit. Cod. quando tut. & curat. esse desinant. n. 4.* Cui tamen juris communis dispositioni non solùm contrarii sunt Recessus Imperii *de anno* 1548. *tit.* 31. von den Pupillen und Münderjährigen. §. 1. Sed & in jure statutario Bavariæ in terminis cautum est, minori etiam invito, & contradicenti posse, & debere curatorem dari *in art. 5. tit. 5. verbis:*
3 uneracht ein Kind sich dessen hernach widern wolt &c. Altera differentia ea est, quòd jure Bavarico tutela adveniente pubertate finiatur, tutórque postmodùm rationes suæ administrationis reddere debeat, interim tamen hi ipsi tutores, dein in curatores transeant, so aber, verba sunt *cit. art. 5.* die Knaben die vierzehen, und die Mägdlein die zwölff Jahr erraicht, und die Vormunder darauff Rechnung gethon haben, so sollen hernach dieselben Vormunder &c. füran curatores, daß ist, Treuetrager, und Versorger seyn &c. Idque & in aliis regionibus receptum esse, & tutores eo ipso in curatores transgredi, testatur cit. Vinnius *Inst. quib. modis tut. fin. in prin.* quin & in Germania universaliter hanc consuetudinem vigere, ut, qui tutores legitimè dati sunt, etiam puberibus usque ad annum 25. præsint, testis est And. Gail. *lib. 2. obs.*
4 96. *n.* 1. Ut ut jure communi Cæsareo tutores inviti non existant curatores, quin imò administrata priùs tutela excusationem à curatela pariat, cùm nimìs durum sit gemino, hoc est, priùs tutelæ, dein curatelæ unius personæ onere premi, text. & DD. *in §. qui tutelam. 18. Inst. de excusat. tut. l. 20. Cod. eódem.* Perez. *ibidem n.* 11. Demùm & in hoc
5 jus Patrium à jure communi notabiliter differt, quòd jure communi manifestum sit, marem, & fœminam dispari quidem annô consequi pubertatem, idem tamen majorennitatis tempus utrique, scilicet annum 25. esse præscriptum, ita, ut completô annô vigesimô quintô primùm à curatela liberentur. text. *in princ. Inst. de curat. l. 3. §. minorem. ff. de minor. 25. ann.* In Bavaria autem hoc prædictum majorennitatis
6 tempus usque ad annum 21. est restrictum, ita, ut completô annô

nô vigesimô primô in Patria tam masculus, quàm fœmina pro majorennibus habeantur: ut constat *ex art. cit.* 5. ibi: biß die Kinder 21. Jahr ihres Alters vollkommlich erraichen, und also nit mehr für minderjährig gehalten werden &c. At, an hoc ipso, tempo- 7
re majorennitatis in Bavaria anticipato, pariter & quadriennium restitutionis in integrum sit retrotractum, ita, ut hoc restitutionis tempus, quod jure communi ad 29. annum usque durat, in Bavaria duntaxat ad annum 25. consecutivè sit abbreviatum, expeditum non est;
Clariss. D. Rhat. *assert.* 99. & D. Balthasar. *tit.* 5. *resol.* 5. *n.* 18. multis, & 8
solidè deducunt, beneficium restitutionis in integrum in Patria non esse restrictum, eò quòd statuta Bojariæ in anno 21. minorennes duntaxat à curatela liberare, nequaquam verò restitutionis in integrum tempus restringere voluerint; præsertim cùm statuta sint strictæ interpretationis, & sic anticipato majorennitatis tempore non videatur hoc ipso abbre-
viatum tempus restitutionis in integrum. Sed, cùm alteram senten- 9
tiam, simul cum tempore majorennitatis tempus quoque restitutionis in integrum esse abbreviatum, & retrotractum, *anno* 1660. Consilium Aulicum, & Revisorium, inspecto, & benè examinato jure, & praxi Patriæ per vota majora judicando sit secutum, ut testatur illust. D. B.
Schmid. *ad art.* 5. *n.* 6. Ita & nos eam eò libentiùs amplectimur, quò 10
& in jure communi impetrans veniam ætatis, *juxta L.* 1. *Cod. de his, qui veniam ætatis.* in integrum restitutionis auxilium impetrare nequeat: vid. illust. D. B. Schmid. *semicent.* 1. *controv.* 24. ubi pluribus hanc opinionem defendit; sequitur & de jure Saxonico Schneid. *in* §. *rursus. Inst. de act.* *n.* 72. Interim puberes contrahentes nuptias etiam habentur pro majorennibus, de quo suprà, & curatelâ liberantur, at verò isti cæteris paribus in integrum restitui possunt, & solent ad annum 25. vel ab hoc tempore per quadriennium, cùm consuetudo sit stricti juris, videantur tradita Christoph. Besold. *delibat. juris. lib.* 1. *rubr. veniam ætat. pag.* 111. id quod hîc, & nunc aliis relinquimus.

Landtrecht
Titulus V. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *An tutores propter solam ineptiam, & simplicitatem removeantur?*
2. *Nobiles pupillis nobilibus propria auctoritate tutores dant, & forsan remotis alios substituere possunt.*

Illustr.

1 ILluſt. D.B. Schmid. ex hoc *art. 6. n. 2.* eam inter utrumque jus eruit differentiam, quòd jure Bavarico tutores, & curatores propter ſolam ineptitudinem Ungeſchicklichkeit, à tutela, vel curatela removeantur; Jure verò communi ſola ineptia non adeò excludat, ſed potiùs curator debeat adiungi, per *L. 6. ff. de ſuſpect. tut.* ſed nobis parùm, vel omninò non ius ſtatutarium à iure communi in hoc differre videtur, cùm in *L. tutor. 3. §. qui ob ſegnitiem. 18. ff. de ſuſpect. tut.* in terminis ſcriptum ſit, *qui ob ſegnitiem, vel ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem, vel ineptiam remotus ſit &c.* neque etiam in *L. 6. cit. ff. de ſuſpect. tut.* quidquam huc faciens invenire ſit; In hoc forſan *art. hic* 6. à jure communi diſcrepat, quòd, ſicut Nobilibus, & aliis perſonis privilegiatis, arg. forſan. *tit. Cod. de*
2 *tutoribus, vel curatoribus illuſtrium &c.* in *art. 4. in fine, hoc tit.* 5. Landtrecht. facultas conceditur, pupillis nobilibus ex familia ſua tutores, & curatores eligendi, ita & hîc permittatur electo tutori, ex ſufficienti cauſa legitimè remoto, alium propria auctoritate ſubſtituere, per verba finalia *art. cit.* 6. allein den nechſten Freunden &c.

Landtrecht
Titulus V. Articulus VII.
SUMMARIA.

1. *Tutores, & curatores plenam regulariter, & liberam habent rerum pupillarium adminiſtrationem.*
2. *Juſtinianus in jure novo elocationes pecuniarum pupillorum diſſuadet.*
3. *Jura Bavarica id ſuadent, & ſimul ſupellectilis venditionem permittunt.*
4. *Id quod de ſupellectile mutili duntaxat intelligitur.*
5. *In diſtrahenda ſupellectile cauti ſint tutores, & curatores.*
6. *Inter perſonas plebejas requiritur conſenſus judicis in elocandis pupillorum pecunijs.*
7. *Quid tutoribus pupillorum Nobilium ſit hac in re obſervandum?*
8. *Affertur aliqua alia differentia ex hoc articulo.*
9. *Quam tamen non adeò agnoſcimus, aut recipimus.*

1 CÙm *articulus ſeptimus hoc tit.* 5. haud obſcurè agat de adminiſtratione tutelæ, vel curatelæ, & auctoritate tutorum, vel curatorum, in pluribus juri communi Cæſareo convenit, in aliquibus, & inprimìs in eo diſtare videtur, quòd Juſtinianus Imp. in *Novell. 72. cap. 6. & 7.* & in

& in *Auth. novissimè. Cod. de administ. tut.* tutoribus ut ut periculô ipsorum plenam aliàs facultatem disponendi de pecunia pupillorum, vel adultorum indulgeat in *l.* 15. *l.* 24. *Cod. de administ. tut.* Attamen elocationes pecuniarum pupillarium in mutuum jure novo omnî modô 2
dissuadere videtur, nullámque necessitatem imponit, pecunias fœnerare, sed multò magis consulit, easdem cautè reponere, & reservare; *quoniam melius est eis*, ut loquitur Divus Imperator, *in antiquis tutamen manere, quam appetitione usurarum etiam antiquâ pecuniâ cadere*: præsertim, cùm experientia doceat, quàm difficile sit, pecunias tutò, atque idoneis hominibus credere, ut ad jus commune, & jam de suo tempore advertit Ant. Perez. *Cod. d. tit. n.* 12. Jure verò Bavarico, si 3
non omninò necessitas, saltem de consilio facultas proponitur, non tantùm pecunias pupillares in mutuum idoneis hominibus elocandi, sed etiam supellectilem vendendi, distrahendi, & pecuniam, inde perceptam, similiter in commodum pupilli ad annuos census applicandi, sie sollen auch/ loquitur *art.* 7. *cit. tit.* 5. die Paarschafft/ und Varnuß nach bestem Nutz der Kinder anlegen/ damit dieselben Kinder járliche Zinß/ oder andern zimblichen Genieß davon haben mögen &c. Id quod tamen non 4
de omni supellectile, sed de illa duntaxat intelligendum est, quæ nec fructum, nec ætatem fert, neque forsan pupillo utilitati futura est, text. & Int. *in l. lex, quæ* 22. *Cod. de administ tut. l. & sine.* 4. *Cod. quando decretô.* Quin & in hoc suppellectilis genere cauti sint tutores, & 5
curatores, ne pupillorum supellectilem vel necessariam, vel olim utilem futuram distrahant, prout non paucos conquestos, & conquestas fuisse, meminimus, supellectilem suam paternam à curatoribus, parvô, ut fieri amat, pretiô distractam, vel potiùs à tutoribus ipsis, aut eorum amicis emptam fuisse, quam dein, majorennes facti, magnô pretiô sibi iterum debuerint comparare: vid. cum pluribus cit. D. Balthasar. *tit.* 5. *resol.* 7. *n.* 10. *& seq.* ubi tutores, & curatores, præsertim calamitosis temporibus, singulariter cautos, & providos esse jubet, Brun. *ad l.* 7. *&* 22. *Cod. de administ. tut. n.* 13. Dein & in hoc jus statutarium à jure communi suô modô recedit, quòd ad elocationem in mutuum 6
pecuniæ pupillorum, aut minorum inter rusticos, & plebejos judicis consensus, & præscitus requiratur, ut quibus circumstantiæ, & debitoris conditio magìs nota est, doch daß bey Baurs: verba sunt *art.* 7. und gmainen Burgersleuten/ ohne Vorwissen der Obrigkait/ nichts ausgelihen/ oder ausgelegt werde &c. Id quod tamen jure communi ex-

presse 7

presſè, & determinatè nuspiam dispoſitum legitur, ut teſtatur Illuſt. D. B. Schmid. *ad art. cit.* 7. *n.* 28. & ſimul hoc ad Nobiles, & perſonas privilegiatas non extendi, ſed iis licitum eſſe, & ſupellectilem inutilem diſtrahere, & pecuniam mutuò dare ſine præſcitu judicis, docet, *n.* 29. *ſeq.* De quo tamen in praxi Patriæ paululùm ſubſiſtimus, vel ſaltem tutores, & curatores etiam nobiles ſecuriùs, & tutiùs facturos, credimus, ſi conſulto judice ſimile quid agant, abundans cautela nunquam nocet. Demùm & eam differentiam eruere ſtudet idem cit D.
8 Cancellarius *ex hoc art.* 7. quòd *art. hic* 7. ad transactionem, à tutoribus, & curatoribus nomine pupillorum ineundam, solummodò ratihabitionem judicialem Guethheiſſen der Obrigkait requirat, quæ ſubſequi poteſt, ita, ut exinde appareat, tutoribus, & curatoribus in Patria poteſtatem eſſe tranſigendi ſine accedente judicis decreto; in aliis verò negotiis, & alienationibus judicis decretum, ſonderē Erkantnuß der Obrigkait, requiratur, non tantùm in Bavaria, ſed & generaliter, & ſic etiam in transactione de jure communi, debeat antecedere, atque exinde ſequatur, tutoribus de jure communi, & in Bavaria extrà transactionem non licere ejusmodi alienationem, vel negotium antè judicis decretum celebrare, *per art.* 7. *hoc tit.* verbáque allegata & text. *in L. non ſolùm* 4. *Cod. de præd. & alijs rebus &c. L. interdum.* 56. *§. qui tutelam. ff. de furt. L.* 27. *de auct. tut. L. pupilli.* 96. *§. cum pupilli.* 1. *ff. de ſolut.* & alios
9 textus, quos citat Illuſt. D. Cancellarius *n.* 90. *&* 91. Sed quidquid ſit, hæc differentia adeò notabilis non videtur, tum, quia & jure communi decretum judiciale neceſſariò negotium pupillare non ſemper antecedat, ſed & ſua ratione ſubſequi poſſit, & ſic in effectu parùm interſit, an dicatur decretum, vel ratihabitio judicis. D. Parens. *tit. de auct. tut. q.* 2. *ob.* 2. tum, quia & judicialis cognitio, ſeu decretum Richterliche erkantnuß & ratihabitio, guethheiſſen non adeò videantur hoc in puncto inter ſe differre, præſertim, cùm & decretum, & ratihabitio ſine cauſæ cognitione non debeant interponi, aut ſubſequi text. & Int. *in tot. tit. Cod. de prædijs & alijs rebus minor.* & *ad L.* 9. *§.* 5. *ff. de auct. tut.*

Landtrecht
Titulus V. Articulus IX.

SUMMARIA.

1. *In Patria tutores, & curatores ſoli poſſunt lites movere, aut ſuſcipere.*
2. *Sive pupilli, & adulti ſint in judicijs præſentes, ſive abſentes, nihil agere poſſunt.*

3. De

3. *De Jure communi amplior hac in re videtur esse facultas pupillis, & minoribus.*

QUod in *art.* 7. *tit.* 5. Landtrecht statutum erat, cum hac singularitate *in art.* 9. repetitur, & minoribus, pupillisque absolutè interdicitur, vel litem alicui movere, vel litem sibi motam suscipere, dum econtrà solis tutoribus, & curatoribus privativè incumbat, pupillos in judicio defendere, vel actiones contrà alios movendas instituere, daß sollen die Kinder nit, sonder ihre Gerhaben verantworten, deßgleichen mögen die Gerhaben an ihrer statt, oder von ihretwegen, wol klagen, und die Kinder nit ꝛc. Ita, ut in Patria nihil intersit, an pupilli, vel minorennes simul in judicio sint præsentes, nihilominùs enim soli tutori, vel curatori onus agendi, vel excipiendi impositum censeatur, ut notanter docet Illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 3. & 4. Licèt de jure communi pupilli, vel minorennes litem suscipere cum approbatione saltem sui tutoris, & curatoris nullibi prohibeantur, ita, ut sufficiat, tutores auctoritatem suam præstare, vel illud, quod inter pupillum, & alium geritur, approbare, text. & Int. *in L. gerere.* 1. §. 2. ibi: *sufficit tutoribus ad plenam defensionem, sive ipsi judicium suscipiant, sive pupillus ipsis auctoribus, &c.* & *L. non denegari.* 4. *ff. administ. & pericul. tut. L. clarum.* 4. *Cod. de auct. præstand.* quin & sententiam, in favorem pupilli infantiâ majoris latam, subsistere, etsi tutor auctor non fuerit, tradit Joach. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 36. prout & in praxi in Bavaria quoque vidimus minores præsertim etiam sine curatoris interventu (non tamen in rebus majoris momenti) conventos fuisse, & etiam alios convenisse.

1 (margin, line 1) — see above; 2 (margin, beside "die Kinder nit ꝛc.")

Landtrecht

Titulus V. Articulus X.

SUMMARIA.

1. *Tutores de jure communi nequeunt ad rationes reddendas actione tutelæ conveniri, nisi adveniente pubertate.*
2. *Recessus Imperii volunt, singulis annis rationes reddi.*
3. *Jus Bavaricum id Judicis arbitrio, & voluntati consanguineorum permittit.*
4. *Tutores, suæ securitatis amantes, in reddendis rationibus moram non trahunt.*

DE jure communi Justinianeo tutores ad reddendas suæ administrationis rationes regulariter cogi, vel conveniri non posse, nisi post 1

 com-

completam pubertatem, cessante eousque tutelæ actione, quia tutelæ munus in se individuum, & usque ad annos pubertatis continuum sit, adeóque pupillorum utilitati conveniens non videatur, rationes dimi-
1 diatas reddere, text. & DD. *in §. fin. Inst. de Attil. tut. l. in omnibus. 1. §.*
2 *hæc actio. 24.* & *l. nisi. finita. 4. ff. de tutel. & rationibus dist.* Verùm, cùm postmodùm teste experientiâ, confectio rationum pupillarium ad finem tutelæ protracta, non nisi pupillis ingens detrimentum, & tutoribus, vel tutam maleversandi occasionem, vel magnam rationum confusionem pareret, non solùm in Recessibus Imp. *de anno* 1548. *tit.* 31. von Pupillen, und minderjärigen §. 3. verbis: und jährlich auf Forderung der Oberkeit gebürliche Rechenschafft thun, & *de anno* 1577. *tit.* 32. §. 3. necessitas imposita est singulis annis reddendi pupillaris administrationis rationes; Sed etiam jus Bavaricum à jure communi in tantum rece-
3 dit, ut in tutelis plebejorum, judicis, & magistratûs arbitrio, & in tutelis Nobilium, voluntati, & placito consanguineorum sit relictum, pro circumstantiis tutoris, & facultatum pupilli, vel singulis annis, vel singulô bienniô, aut trienniô rationes exigere juxta *art.* 10. *hoc tit.* 5. ibi: so mag die Obrigkait, oder die Befreundten, wann sie daß für guet ansehen, umb Vermeydung deß Unkostens, solche Rechnung wol ein Jahr, zway, oder drey, nach Gelegenheit der Umbständen anstehen
4 lassen &c. Certè sagaces, fideles, & suæ securitatis studiosi tutores, vel curatores, etiam matres, & aviæ fermè biennium non exspectant, si commodè fieri potest, quo non rationes suas acuratè reddunt, est enim periculi plena res, in reddendis rationibus moram trahere, ut pluribus exemplis posset demonstrari, text. & Int. *in d. l. nisi finita. 4. ff. tutelæ. & rat. distrah.*

Landtrecht
Titulus V. Articulus XIV.
SUMMARIA.

1. *Jure communi officium tutoris, & curatoris est gratuitum.*
2. *Siquid tutori exsolutum est, condictione ob turpem causam repetitur.*
3. *Optandum esset, hanc juris dispositionem adhuc obtinere.*
4. *In plerisque locis de consuetudine hodierna tutoribus, & curatoribus salarium, aut honorarium conceditur.*
5. *Id quod in Patria expressa constitutione est introductum.*

6. Ex

6. *Ex praxi Patriæ certum annuum salarium tutoribus assignari solet, si circumstantiæ hoc admittunt.*
7. *Pro Salario in Bavaria tutori, aut curatori datur probabiliter officium judicis.*

NOtabilis constituitur in *hoc art.* 14. inter jus commune, & Patrium 1
differentia; jure enim communi expeditum est, officium tutelæ, & curatelæ gratis, & sine salario, seu mercede administrari, tum, quia munus tutelæ, & curatelæ auctoritate publicum censeatur, quod mercenarium non est, cùm, quòd tutela in testamento non nisi amicis, & consanguineis deferatur, quos vel ob amicitiam, vel ob consanguinitatem, & spem successionis præprimis decet, pupillos, & adolescentes sine lucro, aut salario defendere, nisi forsan ab ipso dante, & constituente tutorem, salarium certum sit assignatum. *L. à tutoribus.* 33. §. *principalibus.* 3. *L. qui negotiationem. in fine prin. ff. de administrat. & peric. tut.* Ita, ut, si tutori aliquod salarium solutum sit, id condictione ob 2
turpem causam repeti posse, doceat clariss. D. à Widmont. *ff. tit. de administr. & peric. tut. n.* 51. Quam juris communis dispositionem adhuc 3
hodierno jure observari, optandum esse, ait quidem illust. D. B. Schmid. *ad art.* 14. *cit. tit.* 5. *n.* 1. ne per tutelarum, & curatelarum pessimam nundinationem tot pupilli detrimentum patiantur; Sed, quidquid sit, 4
non tantùm in plerisque Provincijs etiam aliis, ex universaliter fermè recepta consuetudine, ut testantur Jo. Gutierez. *de tutel. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. Jo. Brunnem. *ad d. L.* 33. *ff. de administ. tut. n.* 3. & alii ab eo relati, Sed etiam in Bavaria vi expressæ constitutionis tutoribus, & curatoribus adfinem usque fideliter, & benè administrantibus, consideratis circumstantiis, pupilli, vel minoris facultatibus, tutoris industriâ, singulari labore, aut cura, multitudine negotiorum, aut litium, certum aliquod honorarium, vel salarium à judice, vel à consanguineis decerni, & assignari solet, 5
solle auff sein versterben, oder abtrettung, verba sunt *cit. art.* 14. ihme, oder seinen Erben, nach beschaffenheit des Vermögens, des Pupillen-Standts, dann auch gehabter mühe, durch die Pflegkinder, derselben Freundt (die es dann billich schuldig) oder da es von ihnen, der gebür nach nit beschehe, jedes Orts Obrigkait, ein gebürente verehrung, oder ergötzung der gehabten mühe, Verrichtung, und sorg, gegeben, oder durch die Obrigkait erkent, auch die Vormunder bey antrettung der Vormundtschafft, solcher künfftiger Verehrung vertröstet werden. Quin 6
argumentô horum finalium verborum passim hodie in Patria, ubi facul-

cultates pupilli hoc admittunt, & aliæ circumſtantiæ exigunt, præſertim in tutelis Nobilium, & Illuſtrium, vel aliás divitum pupillorum annuum aliquod ſalarium, ſeu honorarium determinatur, atque ejusmodi tutelæ non ampliùs odioſæ, ſed lucrativæ ambabus manibus apprehenduntur. vid. D. Balthaſar. *tit.* 5. *reſol.* 12. *tot.* & illuſt. D. Cancella-
7 rius *ad d. art.* 14. Certè in Patria, dum conſtitutio honorarii tutoris arbitrio judicis maximè relinquatur, pro eodem conſequendo non ita condictionem ex ſtatutis, ſed potiùs officium judicis competere, rectè concludit colendiſſ. D. Parens. *Inſt. lib.* 1. *tit.* 23. *q.* 11.

Landtrecht

Titulus VI. Articulus III.

SUMMARIA.

1. *An venditor teneatur præcisè ad rem tradendam, vel an præſtandô interesse ſe poſſit liberare.*
2. *Refertur opinio, quæ eum præſtando intereſſe liberari vult.*
3. *Proponitur ſententia, venditorem ad rei traditionem teneri, concludens;*
4. *Quam & ſequuntur Statuta Patria.*
5. *Modò venditor rei tradendæ habeat facultatem.*
6. *An ab emptione, & venditione ſola arrharum amiſſione liceat recedere? affirmantium opinio refertur.*
7. *Alii non pauci negativam ſequuntur ſententiam.*
8. *Quam & amplectuntur Statuta Bavarica.*

1 Duæ in *hoc art.* 3. inveniuntur differentiæ, vel potiùs duæ arduæ juris controverſiæ deciduntur; acriter inter ſe litigant Jurisperiti, an venditor teneatur præcisè ad rem venditam tradendam, vel an præſtandô intereſſe poſſit ſe rei traditioni ſubducere? Clariſſ. D. Andr. Fa-
2 chin. celebris quondam Jctus Ingolſtadienſis cum alijs nonnullis *controv. juris lib.* 2. *cap.* 30. ejus eſt opinionis, venditorem præſtandô intereſſe, à traditione rei liberari, tum per *L. ſi res vendita* 1. *ff. de act. empt.* ibi: *ſi res vendita non tradatur, in id, quod intereſt, agitur*, juncta *L. ſi jactum retis.* 12. *ff. eod tit.* tum, quòd traditio ſit facti, eum autem,
3 qui tenetur ad factum, præſtandô intereſſe liberari. Contrariam ſententiam, venditorem præſtandô intereſſe non liberari à rei venditæ traditione, amplectitur clariſſ. D. Rhat. *cit. tract. aſſert.* 50. & 53. eámque jure

jure communi magis probabilem solidè, & eleganter ostendit, potis-
simùm tum ex §. *aliæ autem. 2. vers. perficiuntur. Inst. de donat.* ibi : *& ad*
exemplum venditionis nostra constitutio eas etiam in se habere necessitatem tra-
ditionis voluit; tum ex §. *sed & certum. 1. Inst. de empt & vend.* ibi : *& pre-*
tium persolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur. tum
ex *L. siquis. 46. ff. de act. empti, & venditi L. non est. 6. Cod. de rescind.*
vend. & alijs cit. ibidem juribus : quam sententiam sicut veriorem, &
receptiorem dicit Brunnem. *ad L. 1. ff. de act. empt. n. 2.* Ita, 4
& eandem apertè comprobant statuta Patria *in art. 3. tit. 6.* verbis :
und kan der Verkauffer, wann er das verkaufft Guet in seiner macht und
gwalt hat, sich von der einantwortung nit ledigen, ob er gleich dem kauf-
fer allen nachthail, schaden und unkosten abthuen, und erstatten wolt
&c. Balthasar. *tit. 6. resol. 3. n. 22.* Ubi notentur verba in seiner macht, 5
und gwalt hat, hoc est, si tradere in ejus sit potestate, si enim non po-
test, tum præstandô interesse eum liberari, & de hoc casu, quo facul-
tatem tradendi venditor non habet, textus, pro priori opinione cita-
tos, intelligi, benè annotat D. B. Schmid. *ad hunc art. n. 21.* Non 6
minùs grave est Jurisconsultorum dissidium, an à contractu emptionis,
& venditionis perfecto, solô arrharum dispendiô, liceat recedere ;
non pauci affirmativam tenent, & emptorem arrhîs amissîs, vendito-
rem, duplô redditô, posse à contractu resiliri, opinantur, per text.
in prin. Inst. de empt. & vend. Mynsing. *in prin. ibidem. n. 9.* Gomez. 7
var. resolut. tom. 2. cap. 8. n. 18. alij econtrà cit. text. *in prin. Inst. de empt.*
& vend. de contractu nondum omninò perfecto, aut numeris suis ab-
soluto intelligant, atque sic arrharum vel amissionem, vel in duplo re-
stitutionem parùm efficere, sed nihilominùs ad contractum implendum
ex empto vel vendito agi posse, affirmant cum Arnoldo Vinnio *ad d. prin.*
Inst. de empt. n. 12. clariss. D. Manz. *ibidem. n. 21. & seq.* Et hanc eandem 8
opinionem videntur sequi statuta Patria verbis *fin. art. 3.* auch den ge-
gebnen Leutkauff verlieren wolt, hoc est, etsi arrhas velit amittere, ut
solidè ostendit clariss. D. Arnold. Rhat. *cit. tract. assert. 54. per tot.*

Landtrecht

Titulus VI. Articulus IV.

SUMMARIA.

1. *In Bavaria venditor equi de tribus solùm vitiis tenetur.*

2. *De jure communi etiam de aliis vitiis omnibus obligatur, ſicut & in Patria in venditione aliorum animalium.*
3. *Jure communi actio redhibitoria per ſex menſes, actio quanti minoris per annum durat.*
4. *Jure Bavarico utraque actio ad quatuordecim dies videtur reſtricta.*
5. *Niſi forſan venditor ſciverit vitium, & malitiose occultaverit.*
6. *Hæc Bavarica conſtitutio probabiliter tantùm procedit in venditione equorum.*
7. *Alii & etiam non improbabiliter in Bavaria has prædictas actiones non putant eſſe reſtrictas.*

1 A*Rticulus hic quartus* in pluribus, præprimis autem in eò à jure communi differt, quòd ex ſanctionibus Bavaricis venditor equi de tribus duntaxat vitiis, ſeu defectibus, ſi ſcilicet tabidus, rițig, ſcabioſus reidig, aut pulmonarius hertzſchlächtig ſit equus, emptori ſatisfacere teneatur, ſive in contractu inter utrumque paciſcentem, emptorem & venditorem propterea conventum ſit, ſive non, ut conſtat *ex art.* 4. *cit.* er verſpreche ihm darfür, oder nit, ſo ſoll er ihm daß für rechtfertig gewehren, und ſo es ein Roß iſt, ſoll er ihm verpflicht ſeyn, für die hernachfolgende drey Mängl, als ritzig, reidig, und hertzſchlechtig &c. De jure autem communi regulariter non ſolùm de tribus his vitiis, ſed
2 & de aliis quibuscunque defectibus, & morbis (prout & ſimiliter in Patria in venditone aliorum animalium quorumvis teſte illuſt. D. B. Schmid. *ad d. art.* 4. *n.* 12.) poterit ab emptore conveniri, & ad ſatisfactionem cogi, *L. ædiles.* 38. §. 10. *L. bovem.* 43. *in prin. ff. de ædil. edict.* ibique Interpretes, & Math. Coler. *de proceſſ. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 81. Al-
3 tera, & notabilis differentia ea eſt, quòd, licèt jure communi actio redhibitoria per ſex menſes, juxta *L. ædiles ajunt.* 38. *in prin.* & *L. cùm lex* 55. *ff. de ædilit. edicto.* actio quanti minoris per unum annum poſſit, & debeat inſtitui, *L. ſciendum* 19. §. *tempus. fin. ff. d. tit.* ibique paſſim
4 DD. Jure tamen Patrio utraquæ hæc actio, per verba *art.* 4. und darfür ſoll er verpflicht ſeyn. 14. Tag &c. ad quatuordecim dierum ſpa-
5 tium ſit reſtricta. clariſſ. D. Rhat. *d. tract. aſſert.* 55. Niſi forſan venditor morbum ſciverit, & ſtudiosè vendiderit, quo caſu venditorem per 30. annos actione empti fore conveniendum, docet idem cit. D. Rhat. *aſſert.* 56. cùm dolus nemini patrocinetur. *L. tenetur.* 6. §. 9. *L.*
6 *ſervus.* 30. §. *fin. ff. de act. empt. & vend.* Et hanc juris ſtatutarii diverſitatem, ut ut D. Balthaſar forſan ad venditionem quorumvis animalium

lium in genere videatur velle extendere *in tit. 6. resol. 4. n. 20.* attamen eam tantùm ad venditionem equorum in specie, quin solummodò uno ex tribus enumeratis vitiis laborantium, notanter restringit Illust. D. B. Schmid. *ad dict. artic. 4. n. 18. & 19.* Quidquid sit, hæc eadem verba 7
juris Patrii, darfür soll er 14. Tag verpflicht seyn, & quidem non improbabiliter, non de tempore actionis redhibitoriæ, vel quanti minoris instituendæ, sed potiùs de eo tempore, quo venditor, apud se vitium non esse contractum, debeat præstare, intelligere volunt colendiss. D. Parens. *Inst. de empt. & vend. q. 43.* & clariss. D. Rhat. *tract. de rescind. vend. thes. 127.* quò & forsan aliquo modo respexit illust D. B. Schmid. dum *ad art. 5. hoc tit. 6.* Landtrecht differentiam aliquam in eo statuit, quòd jure Patrio equi venditi periculum intrà quatuordecim dies ad venditorem etiam ignorantem spectet in tribus enumeratis vitiis, secùs verò in aliis morbis, & defectibus, ubi propter ignorantiam excusatur, & periculum emptoris est, vid. cit. D. B. Schmid. *d. locô n. 11.*

Landtrecht
Titulus VII. Articulus I.
SUMMARIA.

1. *Qui rem, pactô retrovenditionis affectam, titulô onerosô acquirit, non tenetur eam retrovendere, si pacti nullam scientiam habuit, & aliàs præscripsit.*
2. *Aliud obtinet, si titulô lucrativô rem acquisiverit.*
3. *Id quod de jure communi non ita videtur procedere.*

INter alia plura, quæ *articulus hic 1. tit. 7.* de pacto retrovenditionis 1
von Widerkauff, oder Widerlösung latè disponit, illud nobis hìc notatu dignum erit, quòd jure Bavarico tertius quis singularis possessor, & successor rei, ejusmodi pactô retrovenditionis oneratæ, venditori, simile pactum constituenti, aut ejus hæredibus, rem illam ampliùs retrovendere non teneatur, si eam titulô onerosô, puta emptione, permutatione, aut alio titulo, ubi vicissim quid præstari oportet, acquisiverit, & simul non tantùm jurejurandô asserat, se pacti de retrovendendo nullam anteà habuisse notitiam, sed & insuper per legitimum præscriptionis tempus, jure Patrio definitum, possederit: Secùs verò, si eam 2
rem titulô lucrativô, puta ex legato, vel testamento delatam, accepis-

set,

ſet, ea forſan ex ratione, ne alterius jacturâ locupletetur, rem ſine onere merô lucrô acquirens: doch wo ſolch Guet, verba ſunt *art. 1. hoc tit. 7.* nit durch Erbſchafft, oder andern freygebigen Titul, ſonder mit Burde, als durch Kauff, Tauſch, Vergleich, und dergleichen, an einen dritten kommen, und kundte derſelb mit ſeinem Ayd bereden, daß ihme umb die bedingte Widerloſung nichts bewüſt geweſen, in ſolchem Fall, wann ein ſolcher Nuz und Gewer, wie Landt-Rechtens, und hernach geordnet iſt, erſeſſen, iſt er nit ſchuldig, dem Kauffer, oder ſeinen Erben, der Widerloſung ſtatt zuthuen &c. Atque in hoc utrumque jus
3 inter ſeſe differre, tradit clariſſ. D. Rhat. *ſæpiùs allegat. tract. aſſert.* 58. dum juri communi convenientiùs eſſe, affirmat, tertium poſſeſſorem, ſeu titulô lucrativô, ſeu onerosô rem comparaverit, tamen ampliùs conveniri non poſſe, tum, quòd dominium à venditore in tertium emptorem pleno jure ſit translatum, tum, quòd pactum, cum emptore priore initum, ejus perſonam, & hæredes regulariter non egrediatur, tum denique, quia nec titulus lucrativus, nec oneroſus, quin etiam neque ſcientia emptoris tertii de jure poſſit efficere, ut actio perſonalis, contrahentium perſonis regulariter comprehenſa, immutetur, & contrà, tertium competat, text. & Int. *in L. 2. Cod. de pact. inter empt. & vendit. L. Titius. §. Lucius Titius. ff. de contrab. empt.* And. Gail. *lib. 2. obſ. 16. n. 3.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 69. & 70.* Balthaſar *tit. 7. reſolut. 1. n. 13.* & plurimi ibi relati. Illuſt. D. B. Schmid. *ad alleg. art. 1. tit. 7. n. 29. & ſeq.* ubi plura declarat, quæ ulteriori deductione non eſſent indigna, ſi diſputationis ratio admitteret.

Landtrecht
Titulus VII. Articulus VI.
SUMMARIA.

1. *Si eadem res duobus vendatur, at neutri tradatur, is præfertur, cui priùs erat res vendita.*
2. *Si poſteriori ſit res tradita, hic præfertur.*
3. *Si poſterior ſcivit, rem antè alteri eſſe venditam, de jure communi tamen præfertur prior.*
4. *Diſſentiunt Statuta Bavarica, & aliqui Interpretes de jure etiam communi.*

1 SI quis duobus eandem catenam auream vendidit, & neutri tradidit; priorem emptorem præferri, eſt in confeſſo, arg. *L. in operis.* 26.

26. *ff. locati*; Si autem forsan rem posteriori tradidisset, hujus quoque partes in detinendo dominio potiores esse, tam de jure communi, quàm Bavarico certum adeò est, ut, etsi venditor etiam priori emptori jurejurandô se adstrinxisset, tamen posteriorem emptorem, rei venditæ possessorem, præcedere, doceant communiter Int. *in L. quotiens.* 15. *Cod. de Rei. vend. L. in traditionibus.* 20. *Cod. de pact.* Landtrecht. *cit. art.* 6. *tit.* 7. Gomez. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 20. sed, an utroque jure jure idem procedat, & in eo casu, quo posterior emptor scivisset, rem jam alteri fuisse venditam, adeò expeditum non est; de jure communi plures Interpretes cum clariss. D. Rhat. *alleg. tract. de. diff. juris communis, & Bav. assert.* 6. *lit. F.* & colendiss. D. Parente, *tit. de empt. q.* 14. in eam consentiunt opinionem, nihilominùs posteriorem emptorem, cui res tradita est, in detinendo rei dominio prævalere, eò quòd in puncto juris posterioris emptoris scientia non videatur obesse dominii translationi, cùm venditor antè traditionem verus adhuc fuerit dominus, & sic plenam habuerit de re illa disponendi facultatem, ut solidè deducit clariss. D. Rhat. *cit. locô.* text. & DD. *in L.* 1. *& fin. Cod. de bonis, quæ in fraudem creditorum.* Dissentit jus Patrium *cit. art.* 6. verbis: Es were dann, daß der ander Kauffer wol gewüst hette, oder von dem ersten Kauffer were gewarnet worden, daß solch guet dem ersten Kauffer alberait zuvor were verkaufft gewesen, &c. ut ut & hanc juris Bavarici constitutionem satis æquam, & fraudis occasionem præscindentem, etiam de jure communi præferant Salicet. & alii *ad L. quotiens.* 15. *Cod. de R. V.* cit. Gomez. *d. locô, n.* 20.

2
3
4

Landtrecht
Titulus VIII. Articulus I.
SUMMARIA.

1. *Actio de evictione de jure communi intentari debet, vel in loco contractus, vel in loco domicilij.*
2. *In Bavaria, si res immobilis evincitur, debet institui in loco rei sitæ.*
3. *Secùs si evincatur res mobilis, vel aliud quid inter partes sit conventum.*
4. *Pacta servanda sunt, & de consuetudine, ac jure Canonico actionem producunt.*

Actio de evictione propriè alia non videtur, quàm actio empti per *L. si in venditione.* 60. *ff. de evictionibus.* adeóque, naturam actionis perso- 1

personalis sortita, de jure communi Cæsareo regulariter vel in loco domicilii, vel in loco contractûs initi est instituenda, text. & Int. *in L. venire. 1. L. ubi domicilium. 2. & L. vel. ubi. 3. ff. de reb. auct. jud. possid.* Brunnem. *ibidem. n. 2. & 3. L. hæres absens. 9. §. 1. & 2. ff. de jud.* Rhat. *dict. tract.*
2 *assert. 65.* Jus autem Bavaricum *art. 2. tit. 8.* Landtrecht. à jure communi recedit, &, si res immobilis evincatur, actionem de evictione in loco rei sitæ præcisè proponi vult; verbis: In welchem Gericht daß erkauffte guet ligt, in demselben soll auch der Verkauffer die Gewehrschafft thun, und vollführen; Nisi forsan res vendita sit mobilis, aut venditor expressè
3 se evictionem in loco contractûs præstiturum, promisisset, ibidémque inveniatur, quo casu vel in loco domicilii, vel in loco contractûs actio de evictione poterit moveri; ut in terminis sancit *art. 2. cit.* es wurde dann die gewehrschafft umb fahrende Haab begert, so soll der verkauffer vor seiner Obrigkait beklagt werden; er hette dann die Gewehrschafft an dem Ort, wo er verkaufft, zethuen versprochen, und wurde an demselben Ort betretten, so mag der kauffer ihn auch an demselben Ort beklagen.
4 Et certè satis benè, pacta enim dant legem contractibus, servanda sunt, & de consuetudine, ac jure canonico actionem producunt, text. & Int. *in cap. 1. & 5. extrà de pactis.*

Landrecht
Titulus VIII. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *Venditor hæreditatis tenetur, si quota hæreditatis evincatur, secùs, si res particularis.*
2. *Nisi aliud conventum, aut inventarium extraditum sit.*
3. *Quid si pactus sit venditor, ut non teneatur de evictione?*
4. *De jure Bavarico pretium rei venditæ, & evictæ tenetur restituere.*
5. *De jure communi videtur hoc non adeò esse expeditum.*

1 SI hæreditas venditur, venditorem hæredem de evictione teneri, si quota, vel pars hæreditatis evincatur, secùs verò, si res aliqua particularis, & singularis fuerit evicta; Nisi forsan emptori specialiter
2 aliud fuerit promissum, vel inventarium traditum, & venditor res omnes, ibidem contentas, hæreditarias esse, promiserit, ut communiter docent Int. *in L. emptor hæreditatis. 1. Cod. de evict.* Brunnem. *ibidem, n. 1. & 2. L. quòd si nulla. 8. ff. de hæred. & act. vend.* Nicol. Burgund.

gund. *de evict. cap.* 10. *n.* 1. *& seq.* Wesenbec. & alii *ad tit. ff. de evict. n.* 3. Sed quid, si pactus sit venditor, ne de evictione teneatur, an nihilominùs vel de quota, vel etiam re particulari, quam venditor hæreditariam dixerat, evictionem præstare teneatur? Certè de jure Patrio ex singulari æquitate saltem in tantum tenetur, ut pretium, ab emptore acceptum, proportionaliter restituat *per art.* 6. *tit.* 8. verba, ibi: so ist der Verkauffer gleichwol nicht schuldig, Gewehrschafft zu laisten, und umb allen Schaden guet zu seyn, doch muß er den eingenommenen Kauffschilling wider erstatten. Jure autem communi inspecto, emptorem, qui expresè paciscendô evictioni renuntiaverit, ne quidem ad pretium venditæ hæreditatis agere posse vi *L.* 1. *Cod. de evict.* tradit clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 67. Sichardus *ad tit. Cod. de evict. rubr. n.* 8. Balthasar *tit.* 8. *resolut.* 5. *n.* 1. ut ut alii contrarium sentiant, & ad pretium restituendum suô modô agi posse, doceant per text. *in L. ex empto.* 11. *§. fin. ff. de act. empt.* Brunnem. *ibidem. n.* 18. *& seq.* Anton. Perez. *ad tit. Cod. de evict. n.* 23. clariss. D. à Widmont. *ad tit. de evict. n.* 111. quorum sententia si præplacet, nulla erit inter jus commune, & Patrium differentia assignanda.

(Margin numbers: 3 beside "Sed quid…", 4 beside "riam dixerat…", 5 beside "schilling wider erstatten…")

Landtrecht.

Titulus IX. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Jure communi res immobilis inter præsentes decem, & inter absentes viginti annorum spatiô regulariter præscribitur.*
2. *In Bavaria hoc tempus ad quinque, & decem annos est restrictum.*
3. *Quod tantummodò intelligitur procedere in contractu emptionis, & venditionis.*
4. *Subditi in Bavaria superiori, & inferiori habentur pro præsentibus in præscriptionibus inter se complendis.*
5. *An subditi superioris Palatinatûs in Bavaria, aut Bavari in Palatinatu superiori quoad præscriptionem habeantur pro præsentibus, aut absentibus?*

ARticulus primus hoc tit 9. eam insignem inter jus commune, & Bavaricum constitui differentiam, quòd jure communi regulariter res 1
immobilis inter præsentes decem annorum spatiô, inter absentes verò

duplicato tempore per viginti annos præscribi possit, cum Justinianus, inhumanum esse, censuerit, angustiori tempore dominos cadere suis possessionibus, *L. un. Cod. de usu cap. transform.* text. & Int. *in prin. Inst.*
2 *de usucap. L. fin. Cod. de præscript. longi temp.* Attamen de jure Bavarico hoc prædictum tempus in præscriptione evictionis est dimidiatum, ita, ut quinque anni inter præsentes, vel decem inter absentes sufficiant juxta *hunc art.* 1. Welcher Kauffer sein erkaufft Guet &c. wider die im Land fünff Jahr, und die ausser Lands, zehen Jahr, ohne rechtlich Ansprach inn hat &c. der hat nach dem Landtrechten in Bayrn vollkommnen Nuz,
3 und Gewehr ersessen &c. Id quod tamen in Patria non ita indistinctè, & generaliter procedit, sed de contractu emptionis, & venditionis, atque ibi præscribenda evictione tantùm, & non de aliis contractibus intelligimus, juxta expressam limitationem *in art.* 3. *hoc tit.* 9. sequentem, ibi: was in den nechst vorgehenden beeden Articuln, von der Verjährung, und Ersizung Nuz und Gewehr geordnet ist, und die Zeit der Verjährung abkürtzet würdet, ist allein in den Käuffen, und nit auf andere contráct zuverstehn, dann in andern contracten wird es bey Verordnung gemainer Kayserlichen Rechten gelassen. clariss. D. Arnold. Rhat. *d. tract. assert.* 71. Cœterùm absentes illi in præscriptionibus, & usucapionibus
4 censentur, qui in diversa sunt Provincia, præsentes, qui non in aliena Provincia, id quod tamen non à diversitate Principum, & Regionis, sed à diversitate Provinciæ desumitur, hinc in Patria subditi in Bavaria, & superiori, & inferiori habentur pro præsentibus, & sic inter se juxta hujus articuli casum præscribunt quinque, vel decem annis, illust. D.
5 B. Schmid. *ad hunc art.* 1. *n.* 12. subditi verò Palatinatûs superioris habentur in Bavaria, & vicissim subditi Bavari in Palatinatu superiori pro absentibus, eòquòd scilicet Palatinatus superior separata sit Provincia, separatis suis juribus, die Oberpfalzische Landtrecht, & moribus regatur, quin & de hoc jure Palatinatûs superioris hæc restrictio, & abbreviatio præscriptionis prædicta ratione non agnoscatur, ut benè annotat clariss. D. Arnold. Rhat. *de præscript. cap.* 5. *assert.* 24. & D. Balthasar *tit.* 9. *resol.* 1. *n.* 10. quos consule.

Landtrecht
Titulus IX. Articulus II. & VI.
SUMMARIA.

1. *Jure Bavarico simul per quinque, vel decem annos præscribitur hypotheca, in re vendita constituta.*

2. *Cujus*

2. *Cujus rei ratio conveniens datur.*
3. *Jure communi hypotheca plurium annorum cursu extinguitur.*
4. *In præscriptione rei mobilis jus Bavaricum non differt à jure communi.*
5. *Si res mobilis fuerit oppignorata, juri pignoris, sicut hypothecæ præscribitur jure Bavarico.*
6. *Ususfructus, in re mobili constituto, quomodo præscribatur? remissive.*

EX priori assignata differentia subsequitur, quòd, sicut jure Bavarico in contractu emptionis, & venditionis actioni de evictione præ- 1
scribitur quinque inter præsentes, & decem inter absentes annis, ut constat ex dictis *ad art. 1. tit. hoc* 9. ita & in consequentiam hypothecæ, in re vendita constitutæ, pariter quinque, vel decem annorum cursu præscribatur per *art. 2. hoc tit.* ibi: hat auch jemand auff dem verkaufften ligenden guet Underpfandt, und spricht den kauffern rc. innerhalb fünff Jarn, wann der, welcher daß Underpfandt hat, im Landt ist, oder da er ausser Lands, in zehen Jaren umb die Schuldt, darumb ihm daß Guet verpfendt ist, nit an, So hat der Kauffer ebenfalls gegen ihme in solcher Zeit nutz, und gewehr ersessen rc. Esset enim inconveniens, rei ipsius dominium quinquenniô præscribi, & non etiam possessionem ab actione hypothecaria liberari, ut loquitur illust. D. B. Schmid. *ibidem n.* 2
1. Dum tamen jure communi non quinque, sed decem, vel viginti quin & quandoque plurium annorum spatiô regulariter jus hypothecæ extinguatur, & præscribatur, text. & Int. *in L. 1. & 2. Cod. si adversùs creditor. præscript. opponatur. L. si obligata. Cod. de evict.* D. Balthasar *tit.* 3
9. *resolut. 2. n. 1.* Similiter, licèt jus Bavaricum in præscriptione rei mobilis à jure communi non recedat, sed triennium quoque requirat *in art. 6.* verbis: mit guetem Glauben, und Titul für sein aigen innhat 4
drey Jar rc. Si tamen res hæc mobilis forsan alteri fuerit oppignorata, juri huic pignoris eodem modo, sicut hypothecæ quinquenniô inter præsentes, & decenniô inter absentes præscribitur de jure Patrio per verba finalia *art. 6.* wann aber solche fahrende Haab einem andern ver- 5
pfendt ist, so ersitzt der Innhaber Nutz, und Gewehr wider die Verpfendung bälder nit, dann in fünff Jarn, gegen dem, der im Land ist, und in zehen Jarn gegen dem, welcher ist äusser Landts. clar. D. Rhat. *de diff. jur. com. & Bav. assert.* 74. Prout in simili usuifructui, etiam in re mobili constituto, in ordine ad præscriptionem non trienniô, sed 10. vel 20. annis, prout in rebus immobilibus præscribi, tradunt Interpretes *in L. corruptionem. Cod. de usufruct.* id quod tamen impræsentiarum nos non 6
moramur.

Landt-

Landtrecht
Titulus IX. Articulus VII.
SUMMARIA.

1. *Successori universali mala fides antecessoris nocet in præscriptione longi temporis.*
2. *Id quod aliqui etiam extendunt ad præscriptionem temporis longissimi.*
3. *Alii malam fidem antecessoris successori universali in præscriptione longissimi temporis non obesse censent.*
4. *Quorum opinionem expressè, ac generaliter in successore universali approbant constitutiones Bavariæ.*
5. *Successor particularis mediatus regulariter præscribit, non obstante antecessoris mediati mala fide.*
6. *Successori singulari immediato jure novo obest mala fides antecessoris.*
7. *Dissentiunt jura Bavarica.*

1 AN mala fides antecessoris noceat successori, seu, ut alij scribunt, an vitium auctoris transeat in successorem, controversia est celebris, & ardua, distinguunt de jure communi inter successorem universalem, & singularem, atque inter præscriptionem longi, & longissimi temporis, ita, ut successori universali, seu hæredi, seu bonorum possessori mala fides testatoris, & antecessoris noceat in præscriptione longi temporis, sive tempus præscriptionis à se inchoare, sive simul tempus defuncti reassumere velit. *L. cùm hæres.* 11. *ff. de divers. tempor. præscript.* Joan. Brunneman. *ibid. n.* 2. ubi ait, hanc legem esse solùm intelligendam de præscriptione longi temporis, eò quòd præscriptio temporis longissimi tunc fuisset incognita.
2 Quòd si verò quæstio esset de præscriptione temporis longissimi, acriter inter se depugnant Interpretes; communior, & receptior videtur eorum esse opinio in jure communi, qui cum Andr. Fachin. *lib.* 8. *controv. cap.* 22. & D. Balthasar. *tit.* 9. *resolut.* 6. *n.* 13. *vers. verùm contraria &c.* docent, non tantùm in præscriptione longi, sed ex eadem ratione, præscriptione longissimi quoque temporis malam fidem antecessoris successori universali nocere, cùm hæres in omne jus defuncti succedens, etiam vitia ejus contrahat. *L. vitia. Cod. de acquirend. possess.* quámque opinionem nostram inclytam Facultatem etiam in gravissimis causis secutam esse, traduntcit. Fachin. *lib.* 1. *consil.* 28. *n.* 45. & Georg. Everhart. *consil. vol.* 1. *consil.* 10. *n.* 59. Clariss. D. Rhat.

sæpè

sæpè cit. tract. assert. 75. *in fine.* idem *tract. de præscr. cap.* 2. *assert.* 51. Alii autem etiam insignes Jurisperiti cum Vasquio *illust. controv. cap.* 73. *n.* 10. *& seq.* Boer. *decis.* 42. *n.* 38. malam fidem antecessoris hæredi in præscriptione longissimi temporis non obesse, autumant, & quidem neque de jure civili, ut quo jure tanto tempore de bona fide non quærebatur, text. & Int. *in L. un. Cod. de usucap. transform.* neque etiam de jure Canonico, ut quod fictam malam, quæ est in hærede, non adeò attendit, Dynus *in cap. possessor. de R. R. J. in* 6. *n.* 42. Ant Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 13. *defin.* 16. Et, hanc, utpote æquitate plenissimam opinionem (ut fatetur ipse D. Balthasar *cit. locô. n.* 13. *vers. etsi verò &c.*) expresse approbant, & recipiunt jura Patria, dum *in art.* 7. *tit.* 9. Landtrecht, statuunt, malam fidem antecessoris in nulla præscriptione successori universali obesse, si is in sua persona per tantum tempus possederit, quantum ad præscriptionem requiratur, ut ut etiam ex postfacto mala fides antecessoris apparuerit: wann ein Erb, verba sunt *cit. art.* 7. ein Guet, welches er durch Erbschafft bekommen, mit guetem Glauben, für sein aigen Guet, sovill Zeit inngehabt, als vill zu einer vollkommnen Verjährung und Ersitzung nutz und gewehr vonnöten ist, so ist das Guet verjärt, und hat er Nutz und Gewehr ersessen, uneracht hernach offenbar wurde, da der Verstorben solch Guet nit mit guetem Glauben innen gehabt etc. Quòd si agatur de successore singulari, seu illo, qui titulô singularî, puta ex empto, ex permutatione, vel simili modo rem aquisivit, conveniunt Interpretes, eum præscribere posse 10. annis inter præsentes, vel 20. inter absentes, si tertius, vel quartus sit emptor, sive successor mediatus, aut si etiam successor immediatus præscriptionem temporis longissimi prætendat DD. *in auth. malæ fidei. Cod. de præscript. long. temp.* Si autem quis immediatus sit successor, hodierno novo jure eidem mala fides antecessoris nocet in præscriptione longi temporis, etsi accessione temporis sui antecessoris uti non velit, *per cit. Auth. malæ fidei. Cod. de præscript. long. temp.* Quam tamen juris novellarum dispositionem statuta Bavarica immutant, expresse sanciendo, successorem singularem etiam, qui rem ab auctore malæ fidei habeat, posse præscribere, si in propria persona possessionis, ac præscriptionis tempora velit inchoare, per verba finalia *art.* 7. Ein gleiche mainung hat es auch mit deme, der ein Guet kaufft, oder durch andern sonderbarn Titul, von einem andern bekommen. clariss. D. Rhat. *de præscript. cap.* 2. *assert.* 48. 53. *&* 54. *& tract. diff. juris. com. & Bav. assert.* 75. *&* 79.

3 4 5 6 7

Landtrecht
Titulus X. Articulus II.

SUMMARIA.

1. *Jus retractûs regulariter ad omnes consanguineos extenditur, qui aliàs succedere possunt ab intestato.*
2. De *jure Bavarico illi duntaxat retrahere valent consanguinei, qui intrà quartum sunt consanguinitatis gradum.*
3. *Nisi retrahens sit unus ex selectis militibus, qui etiam in quinto gradu admittitur.*
4. *Affines ad jus retractûs omninò non admittuntur.*
5. *Computatio graduum in materia retractuum fit secundùm jus civile.*
6. *Cùm jus retractûs competat per annum, & diem, aliter hic annus currit Nobilibus de jure Bavarico.*
7. *Aliter computatur hic annus inter personas plebejas.*
8. *Annus, retractui concessus, an currat ignoranti de jure communi?*
9. *Quid in Patria hac in re sit sancitum?*
10. *Tempus hoc annale, vel biennale in Bavaria est peremptorium.*
11. *An consanguineus minor contrà hoc tempus retractui præfixum restituatur? remissivè.*
12. *An consanguineus retrahens, durante actione, & intentato jure retractûs possit iterum pœnitere?*

1 INteger hic *titulus* de difficili juris retractûs materia agit, & sicut nobilissimas complectitur controversias, ita nos ea duntaxat attingimus, quæ à jure communi videntur differre; Prima differentia in eo consistit, quòd jus retractûs, inter solos consanguineos ex universali consuetudine introductum, soleat regulariter pro gradûs prærogativa extendi ad consanguineos omnes, qui aliàs venditori succedere possent, ut scilicet res, & bona avita, aliàs vel in manus mortuas, vel extrà familiam devolvenda, intrà annum & diem ad se, & familiam retrahant, ut latissimè tradunt Tyraquel. *de jure retract. in prin.* Reinking. *de eodem jure part. 1. n.* 58. Andr. Gail. *lib. 2. obs. 19. n.* 17. Jure
2 tamen Bojariæ non omnes omninò consanguinei, sed illi duntaxat ad retrahendum admittuntur, qui venditori in quarto consanguinitatis gradu sunt conjuncti, ita, ut hi soli intrà annum & diem rem ab altero consanguineo venditam valeant retrahere, *juxta art. 2. tit.* 10. ibi: so

so mag alsdann der nechst Freundt, so dem Verkauffer mit Siptschafft, biß in den vierten Grad verwandt (welcher vierte Grad oder Sipt auch eingeschlossen seyn soll) in einem Jar, dem frembden Kauffer wol in den Kauff stehen. Nisi retrahens sit unus ex militibus selectis, aus den Außgewöhlten, oder Landfahnen, qui, etsi quinto gradu à venditore 3
distent, retrahere tamen adhuc possunt, juxtà clementiss. Electorale decretum *de dato* 29. *Decembris*. 1663. Atque sic, cùm solis consanguineis, so mit Siptschafft verwandt, jura tum communia, tum Patria 4
retrahendi facultatem indulgeant, affines eo ipso exclusos, & ipsis, cùm de familia non sint, nullum retrahendi esse jus, patet, & ita certum est, ut nostra inclyta Facultas non ita pridem, nobis referentibus, sit mirata, aliquem Jurisperitum contrarium consuluisse, vid. Nic. Everhard. jun. *vol.* 2. *consil.* 47. *n.* 1. D. Rhat. *d. tract. assert.* 82. Illud quoque addere lubuit, si forsan inter retrahentes consanguineos, ut frequenter amat fieri, proximitatis aut distantiæ sit controversia, non computationem graduum jure canonico, in causis matrimonialibus introductam, sed computationem, jure civili usitatam, esse applicandam, ut in Patria expressè est sancitum *in art.* 11. *hoc tit.* 10. Landtrecht. ibi: und soll in disem Kauffs Einstandt die Siptschafft nach Rechnung der weltlichen Recht gezehlt, und gerechnet werden. Cœterùm, cùm dictum sit, jus retractûs per annum, & diem competere consanguineis, 5
adeò expeditum non est, quando is annus consanguineo, retrahere volenti, currere incipiat? Jure Bavarico id statuitur, ut in emptione, & venditione inter personas Nobiles, privilegiatas, & iis adnumerari solitas, annus, retractui præfixus, à die factæ traditionis incipiat labi, von Zeit der Einantwortung deß Guets, ut ait *art.* 2. *cit.* In contractu verò, inter personas plebeias celebrato, à die insinuationis, apud judicem, aut magistratum factæ, initium capiat annus retractûs, aber bey den andern, von dem Tag an, wann der Kauff bey der ordentlichen Obrigkait angegeben, und eingeschrieben wird &c. clariss. D. Rhat. *in contin. diff. assert.* 4. Demùm & in eo jus Bavaricum à jure communi non scripto recedere, aut saltem singulare quid statuere videtur, quòd tempus annale, ut dictum est antè, consanguineis ad retrahendum concessum, plerique pragmatici ignoranti consanguineo non currere, sed ab initio utile esse, doceant cum cit. Reinking. *de retract. q.* 7. *n.* 43. & hanc ipsam opinionem secutam esse nostram Facultatem, testatur, D. Parens *lib.* 3. *Inst. tit.* 28. *q.* 7. ut ut dissentire videatur And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 19. *n.* 18. ignorantiam retrahentis justam restitutionis causam esse, asserens; Jus 9

H 2 autem

autem Bavaricum, considerata rei æquitate, media incedens via, consanguineo retrahenti, contractûs antè initi notitiam habenti, unum annum definit, quo retrahere possit, ignoranti verò id tempus duplicat, & biennium concedit, intrà quod jure retractûs uti possit, ut constat *ex art.* 2. *tit.* 10. Landtrecht. ibi: soll den nechsten Freunden in solchem Fall die Zeit duplicert werden, als für ein Jar, zway Jar zum Einstandt
10 gegeben, und zugelassen &c. Et hoc tempus anni, vel biennii retrahentibus præfixum in Patria ita est peremptorium, ut eo elapso nullum ampliùs indulgeatur juris auxilium, vel restitutio; doch nach verfliessung solcher Zeit, menniglich von dem Einstandt ausgeschlossen, und derselb genzlich erloschen seyn, auch zu erlangung desselben, ainige Widerstellung in vorigen Standt, die wegen der Unwissenheit, oder sonsten möchte begehrt werden, oder andere Behelff und Fürwandt, wie sie immer Namen haben mögen, nicht statt haben, noch angehört werden.
11 Atque hinc etiam consanguineo minori restitutionis beneficium in causa retractûs denegari, asserit clariss. D. Rhat. *tract. de contin. diff. assert.* 3.
12 Sed, an consanguineus retrahens, qui emptorem semel convenerat, litémque contestatus erat, invito emptore iterum pœnitere, an verò præcisè cogatur retrahere, dubium certè est nullibi expeditum? Berlich. *part.* 2. *conclus.* 41. *n.* 46. ejusmodi consanguineum non ampliùs posse pœnitere, sed cogi, ut litem prosequatur, & retrahat, cum Nic. Boer. *decis.* 48. à se allegato asserit; at alii cum Tyraquel. *de retract. lign. ad finem tit. n.* 28. *& seq.* contrarium docent, consanguineum quidem posse pœnitere, sed in expensas fore condemnandum, arg. *L. si judex.* 41. *ff. de minor.* sede, considera.

Landtrecht

Titulus X. Articulus VIII.

SUMMARIA.

1. *Jure Bavarico aliqui opinantur, emptori non licere, rem ulteriùs vendere intrà tempus, retractui præfixum.*
2. *De jure communi hoc non procedit.*
3. *Nos jus Bavaricum hac in parte non credimus, esse juri communi adeò contrarium.*
4. *Condictio ex moribus, vel statuto, ob retractum competens, est actio personalis, in rem scripta.*

Dum

DUm hic *articulus octavus* his verbis disponat: Es soll auch der Kauffer in obgesetzter Zeit, darinnen ihme, wie gemeldet, die nechsten Freundt in den Kauff stehen mögen, nichts bauen ainigen Zünß &c. noch daß erkauffte Guet, weiter verkauffen, & paulò pòst: wo aber dergleichen beschehe, soll es von Rechtswegen unkräfftig sein, und den Einsteher in nichtem binden &c. hac in parte eam differentiam illustris D. Cancellarius *ibidem. n.* 19. & 20. ponit, quòd jure Patrio hac ratione emptori non liceat intrà tempus, juri retrahendi præstitutum, rem emptam ulteriùs distrahere, sed venditionem hanc posteriorem fore infirmam, ac retrahenti minimè præjudiciosam; Jure communi consuetudinario econtrà etiam durante retractûs tempore vix dubium sit, quin emptor rem emptam rursùs, & ulteriùs valeat distrahere, ea scilicet ex ratione, quia emptor, facta traditione, unà cum dominio plenam de re empta ulteriùs disponendi acquirat facultatem, arg. *L. si ex duobus.* §. *sed* & *ff. de in diem addict.* Tyraquel. *de jure retract. lig.* §. 1. 12. *Gloss.* 1. *n.* 1. Certè, quamvis hæc differentia cum magno fundamento à cit. D. B. Schmid. *alleg. loco* ponatur, arg. verborum soll es von Rechtswegen unkräfftig seyn &c. attamen nobis non displiceret cum D. Balthasar. *add. tit.* 10. *resol.* 8. *n.* 11. hanc juris statutarii dispositionem intelligendam esse, ut contractus emptionis nullus sit, in præjudicium duntaxat consanguineorum, & eorum, qui jure retrahendi gaudent, ita, ut hi à tertio, à quarto, quin & centesimo emptore, qui rem intrà tempus retractûs comparavit, valeant retrahere, non verò, ut contractus etiam inter tertium extraneum, & primum emptorem sit nullus, & infirmus, id quod haud obscurè arguunt verba sequentia, und den Einsteher in nichtem binden, hoc est, retrahenti non præjudicare, quidquid forsan in ulteriori emptione paciscendo, vel contrahendo fuit adjectum. D. Balthasar. *ibidem. n.* 11. Præsertim cùm condictio ex moribus, vel ex statuto, quæ in retractu datur, sit actio personalis, sed simul in rem scripta, & sic contra tertium competens. Berlich. *part.* 2. *conclus.* 39. *n.* 98. & *seq.* D. Parens *tit.* 28. *lib.* 3. *Inst. q.* 2. *ob.* 3.

1 (margin, line 1) · 2 (margin, "infirmam") · 3 (margin, "12. Gloss.") · 4 (margin, "contrahendo")

Landtrecht
Titulus X. Articulus X.
SUMMARIA.

1. *Si plures consanguinei retrahere cupiunt, expeditum non est, quis eorum alteri præferatur.*

2. *Jure Bavarico semper gradu proximior præfertur.*
3. *Si duo concurrunt, qui in pari existunt gradu, is prævalet, qui prior insinuationem fecit.*
4. *Sed quid, si & in insinuatione quoque conveniant?*
5. *Qui rem anteà cum venditore jam habuit communem, præfertur.*
6. *Si ipse venditor rem rursùs velit redimere, an retrahenti consanguineo præferatur?*

SI plures consanguinei, & forsan in eodem consanguinitatis gradu existentes, rem avitam venditam retrahere cupiant, de communi con-
1 suetudine expetitum minimè est, cui sit deferendum, sed potiùs eam rem, si fieri potest, dividendam, & cuique consanguineo proportionaliter adjudicandam, vel aliàs amicabiliter transigendum esse, concludunt Interpretes cum Tyraquel. *de jure retract.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 177. ea moti ratione, quòd, ubi utriusque jus par sit & æquale, cuilibet quoque æqualis pars sit adjucanda arg. *canon. scire debet* 8. *distinct.* 76. Ast jure Patrio sollicitè, & commodè est decisum, ut inter consanguineos,
2 gradu dispares, semper proximior præferatur, per verba *articuli* 10. so soll allemal der nechste im Grad dem weitern vorgehn / ob sich gleich der weitere vor dem nähnern angemeldet hette ꝛc. Inter eos verò, qui in eo-
3 dem, & pari extant gradu, is semper præferatur alteri, qui prior insinuationem retractûs legitimè fecerat, verbis: so gehet der vor / der sich am ersten hat angemeldet ꝛc. Vel demùm, si etiam duo, vel plures in
4 insinuatione simul concurrant, totum negotium sorti committetur, & sic semper res tota ei, qui prior est, vel super quem sors ceciderit, assignetur, juxta *cit. art.* 10. so soll sie daß Loß entscheyden: Nisi aliquis jam anteà rem cum venditore consanguineo habuisset communem, qui
5 meritò omnibus antefertur, Es hette dann / verba sunt finalia *cit. art.* 10. einer auß ihnen zuvor gemain / und theil an dem Guet / so hat er billich den Vorgang. faciunt, quæ tradit clariss. D. Rhat. *d. tract. de contin. diff. assert.* 6. Sed quid in eo casu dicendum, quo uno consanguineo volente re-
6 trahere, ipse venditor rursùs superveniat, & restitutô pretiô pœnitere, ac rem redimere velit, anne consanguineo huic præferatur? certè in facto, quod ante annum contigit, consulti diu subsistebamus: Berlich. *part.* 2. *conclus.* 39. *n. fin.* in terminis docet, venditorem hoc casu proximo agnato esse præferendum: per text. *in L. ex hoc edicto.* §. *fin. ff. de alien. jud. mut. L. voluntate.* 10. *ff. quibus modis pig. & hypoth.*

Landt-

Landtrecht
Titulus X. Articulus XIII.
SUMMARIA.

1. *Juri retractûs non tantùm expressè renuntiari potest.*
2. *Sed etiam quandoque tacitè de utroque jure.*
3. *Jure communi retrahens in contractu emptionis præsens, & tacens non semper sibi præjudicat.*
4. *Bavarico jure sibi præjudicat, si res eidem oblata fuerit.*
5. *Consanguineus, si ex officio contractus assistit, vel ut testis, non semper jure communi sibi nocet.*
6. *Id quod jure Bavarico sua ratione aliter procedit.*

QUin consanguineus juri retractûs, sibi competenti, non tantùm 1
verbis expressis validè renuntiare possit, prout quivis alius jus, & beneficium pro se introductum regulariter valet remittere *L. si quis in conscribendo. Cod. de pactis.* D. Rhat. *dict. contin. assert.* 8. *& seq.* Sed 2
etiam eidem tacitè renuntiare censeatur, si tale quid agat, ex quo ejusmodi renuntiatio, & remissio possit de jure induci, & præsumi, eò minùs dubitamus, quò tam jure communi consuetudinario, quàm jure Bavarico *art.* 13. *tit.* 10. Landtrecht. plura constant, & recensentur exempla, queîs consanguineus tacitè retractui renuntiare præsumatur; Quamvis, & suô modô jus Bavaricum allegatum à communi consue- 3
tudine distare videatur; sic, licèt jure communi nuda, & sola præsentia, & taciturnitas retrahentis in contractu emptionis, & venditionis celebratæ non semper obesse videatur, quin nihilominùs postmodùm possit retrahere, arg. *L. sicut.* 8. *non videtur.* 15. *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv.* Jure tamen Bavarico receptum est, ut, si consanguineus 4
præsens sit, eique ab emptore res emenda offeratur, at ille taceat, & neque se empturum, neque jus sibi reservare, dicat, eidem sola præsentia, & taciturnitas eo ipso obstet, ac præjudicet, *per art.* 13. ibi: Wolte er sich aber nit erklären, soll er alsdann den Einstandt verloren haben, es were dann, das ihme daß Anbott gehörter massen nit beschehen; in welchen Fall ihm sein Gegenwertigkeit beim Kauff, und Leutkauff an dem Einstandt keinen Nachtheil geberen soll ꝛc. Porrò & illud 5
jure communi consuetudinario procedere, docet Hart. Pistor *lib.* 2. *q.* 7. *n.* 11, & clariss. D. Rhat. *assert.* 11. eum consanguineum, qui forsan

ſan ex officio ſuo, puta, ut tutor, curator, quin & ut notarius, vel etiam quandoque ut teſtis, emptioni, & venditioni præſtò fuerit, inibíque non tantùm quid agatur, ſciverit, ſed & ſubſcripſerit, tamen quoad jus retractûs, ſibi non præjudicâſſe, cùm officium ſuum, & munus nemini debeat eſſe damnoſum, text. *in L. cùm quædam.* 26. *Cod. de adminiſtrat. & pericul. tut. L. Cajus.* 39. *ff. pign. act. L. Titia cum teſtamento.* 34. *L. Lucia.* 2. *ff. de legat.* 2. ibique Interp. cit. Piſtor. *lib.* 3. *q.* 17.
6 *n.* 2. Aliud jure Bavarico deciſum eſt; ubi conſanguineus teſtis per ſolam ſuam ſubſcriptionem, vel alium ſimilem actum, ſibi omninò præjudicat, niſi prævia proteſtatione jus ſuum ſibi reſervaverit wurde aber ein Freundt ꝛc. dem Kauffbrief, und Kauffsabred underſchreiben, mit ſeinem Inſigl, oder Pettſchafft fertigen, oder ſonſten dergleichen etwas thun, ſo hat er den Einſtandt verlohren ꝛc. D. Rhat. *d. aſſert.* 11. illuſt. D. B. Schmid. *ibidem n.* 9. & 10.

Landtrecht
Titulus X. Articulus XV.
SUMMARIA.

1. *In Bavaria dominis directis in alienatione emphyteuſis, & feudi burſeatici jus retractûs competit ante conſanguineos.*
2. *Conſentit jus commune quoad emphyteuſin, non verò quò ad feuda.*
3. *Dominus directus, alienationem emphyteuſis approbans, de jure communi juxta aliquos ſibi præjudicat.*
4. *Jure Patrio nec approbatio, neque etiam ſubſcriptio, vel ſubſigillatio domino directo obeſt.*
5. *Id quod etiam in feudis jure communi obtinere quidam autumant.*

1 JUre Bavarico dominis directis in venditione emphyteuſeos, & feudi burſeatici, beuttellechen (ut quod ad emphyteuſin ſuô modô accedit) jus retractûs ita competere, ut etiam proximis conſanguineis præferantur, conſtat ex *art.* 15. *tit.* 10. verbis: und ſie darmit vor den Freunden, die auch einſtehen wolten, den Vorzug, aber ſolcher des Lehenherrn Einſtandt, allein in den Beuttel, und nicht Edelmans, oder Ritterlehen
2 ſtatt haben. Cui diſpoſitioni quoad emphyteuſin quidem jus commune concordat *in L. fin. verſ. etſi quidem. Cod. de jure emphyt.* attamen jura feudalia communia abſolutè ſunt contraria, quæ in alienatione feudi regu-

regulariter agnatorum partes tuentur, & eos antè dominum directum ad jus retrahendi admittunt, text. & Feud. *tit.* 9. *feud.* 2. Hart. Pistor. *lib.* 2. *q.* 11. *&* 12. *per tot.* Quin & in hoc jus statutarium à jure communi sua 3
ratione differt, quòd dominus directus, emphyteuseos alienationem expresse approbans, sibi præjudicet, & juxta aliquos prælationi suæ renuntiare censeatur, text. & Int. *in L. fin. vers. sin autem duorum mensium. Cod. de jure emphyt.* eleganter clariss. D. Rhat. *d. tract. de contin. diff. assert.* 14. *lit. B.* Jure tamen Patrio domino directo tum prædij emphyteutici, 4
tum feudi burseatici neque approbatio, neque etiam subscriptio, aut sigillatio litterarum emptitiarum obest, quin non postmodùm adhuc retrahere valeat *juxta art.* 15. nachdem auch die Lehen: und Grundtherrn mehrertheils selbs über die Käuff umb die Lehen und Erbrecht fertigen, ist ihnen doch solche Fertigung an dem Einstandt unverhinderlich. Id quod 5
idem & in feudis de jure communi feudali obtinere, attestatur Rosenthal. *de feudis. cap.* 9. *conclus.* 91. *n.* 10. & ex ipso clariss. D. Rhat. *cit. locô. assert.* 14. ut ut dissentiat, & contrarium commodè tradat cit. Hart. Pistor. *d. lib.* 2. *q.* 12. *n.* 56.

Landtrecht
Titulus X. Articulus XVI.
SUMMARIA.

1. *Ascendentes rem, à descendente venditam, retrahere possunt.*
2. *Pariter & descendentes rem, ab ascendentibus venditam, retrahunt.*
3. *Id quod etiam in Bavaria, sua tamen sub ratione, obtinet.*
4. *An liberi, mortuis suis parentibus, rem, ab iis venditam, valeant de jure communi retrahere? refertur quorundam opinio.*
5. *Quæ tamen de jure communi non ab omnibus recipitur.*
6. *Jure Bavarico affirmativa opinio prævalet.*

QUemadmodùm de consuetudine, communiter recepta nullum dubium superest, quin non tantùm parentes, avi, & abavi rem, à filio, nepote, vel pronepote venditam, præstitis præstandis, retrahere possint, ut attestantur Tyraquel. *de retract. lign. ad fin. tit. n.* 92. Berlich. & alii *part.* 2. *conclus.* 38. *n.* 41. Sed & id ipsum permissum 1
censeatur filiis, nepotibus, & aliis descendentibus, ita, ut his quoque rem, à parentibus suis distractam, debito tempore, & modô re- 2

 trahendi

3 trahendi jus sit, Berlich. *d. conclus.* 39. *n.* 16. Id quod & jura Patria ea
sub conditione recipiunt, & approbant, quando liberi propriâ suâ pe-
cuniâ, & non forsan à patre clam subministratâ, atque in suum com-
modum, & animô rem sibi habendi retrahant: *art.* 16. *tit.* 10. ibi: doch,
daß sie die Kauffsumma, nit von dem Vatter, oder Mutter, die das
Guet verkaufft, sonder in anderweg haben, und bezahlen könden, und
ihr Vermögen und Gelegenheit also beschaffen sey, daß sie das Guet
selbs erhalten mögen &c. clariss. D. Rhat. *in cont. diff. assert.* 16. Sed,
4 an liberi prædicta ratione non solùm vivîs adhuc suîs parentibûs, sed
hîs forsan, celebrata venditione, demortuîs, intrà debitum tempus rem
venditam à parentibus valeant retrahere? de jure communi adhuc sub
judice lis est; clariss. D. Rhat. tract. *de diff. juris com. & Bav. assert.* 84.
descendentibus jus retractûs, defunctîs suîs parentibus, tunc permit-
tit, si hæredes eorum non extant, minimè verò, si defuncti vendito-
ris parentis sint hæredes, cùm, quòd hæres, & defunctus una eadém-
que censeantur persona, & sic nemo regulariter simul vendere, & re-
trahere, seu emere possit, tum, quòd liberi ut hæredes factum paren-
tis defuncti præstare, emptionémque magis conservare, quàm inver-
tere debeant: Ast, sicuti hanc *cit.* D. Rhatii opinionem neque de com-
5 muni jure ita communiter, & passim receptam videmus, per ea, quæ
tradit Berlich. *d. conclus.* 39. *n.* 16. ea, ni fallimur, ex ratione, partim,
quòd filii non censeantur ita præcisè retrahere, ut filii, sed magis ut
proximi agnati, Nic. Boer. *decis.* 12. *n.* 1. & *seq.* partim, quòd filius re-
trahendo rem, à patre venditam, facto patris propriè non contrave-
niat, sed solummodò se in locum emptoris substituat, & sic potiùs fa-
6 ctum patris conservet, D. Parens *Inst. lib.* 3. *tit.* 28. *q.* 6. *ob.* 1. Ita &
eandem opinionem apertè reprobare videntur sanctiones Bavaricæ, dum
in art. cit. 16. *tit.* 10. *in prin.* non tantùm liberis, & descendentibus,
Söhn, Töchter, und Enigkel, sed etiam ipsorum tutoribus, denen
Vormunder in ihrem Namen (ut qui non nisi mortuîs parentibûs dan-
tur) jus retractûs concedunt. Illust. D. B. Schmid. *ibidem. n.* 7.

Landtrecht
Titulus X. Articulus XII.

S U M M A R I A.

1. *Fructus, triplicis generis esse, ostenditur, naturales, industriales, & civiles.*

2. *Fru-*

2. *Fructus naturales, & industriales ejus sunt, qui tempore perceptionis est possessor, aut dominus.*
3. *Fructus civiles pro rato temporis dividuntur.*
4. *Jus Bavaricum quoad fructus naturales, & industriales juri communi convenit.*
5. *Nisi, quòd retrahens debeat præter expensas usuras quincunces pretii emptionis præstare.*
6. *Etsi fundus forsan nullos protulerit fructus.*
7. *Quid de fructibus civilibus in Patria sit sancitum.*
8. *Præstationes dominicales quo tempore in Patria cedant?*

FRuctus, qui ex re, aut fundo nostro percipiuntur, triplicis esse generis, naturales scilicet, qui nullâ, vel parvâ hominum curâ accedente, producuntur, veluti fœnum; industriales, quas natura sine labore hominis non profert, ut segetes; & denique civiles, qui domino occasione rei obveniunt, ut annui census, interesse, salaria, constat ex *L. fructus.* 45. *L. usuræ.* 34. *ff. de usuris & fruct.* ibique traditis Interpretum: Inter quos fructus id interest, quòd in rei, vel fundi translatione, aut divisione fructus naturales, & industriales regulariter, deductis expensis, eum sequantur, qui tempore perceptionis, hoc est, messis, vel vindemiarum, possidet, aut dominus est; Fructus econtrà civiles, ut qui singulis momentis cedunt, proportionaliter pro rato temporis dividantur, text. & DD. *in L. si operas* 26. *L. defuncta.* 58. *ff. de usufructu, & quemadmodum.* Brunnem. *ibidem n.* 2. *& seq.* Struv. *ad eundem tit. n.* 19. clariss. D. Arnold. Rhat. *de rei vind. thes.* 97. & 98. atque hinc de jure communi fructus naturales, & industriales vel ad emptorem, vel ad retrahentem consanguineum, quisquis eorum tempore perceptionis possideret, pertinere, fructus autem civiles pro rato temporis dividi debere, tradit cit. D. Rhat. *tract. de contin. diff. assert.* 18. Id quod tamen de jure Patrio non ita procedit, sed fructus naturales, & industriales, quod attinet, jus Bavaricum in hoc cum jure communi convenit, quòd, si emptor eos perceperit, oder durch dem Kauffer zu gebürlicher Zeit gefängt, und eingebracht seyn, ejus quoque sint, daß dieselben dem Kauffer gefolgen, und bleiben, ut loquitur *art.* 17. quòd si verò antè retractum non perceperit, retrahentis consanguinei erunt, nit verfallen, noch eingefängt weren, sollen dieselben dem Freundt, der in den Kauff stehet, folgen, und zustehen &c. In eo tamen à jure communi recedit, quòd hoc posteriori casu retrahens consanguineus præter expensas simul

Margin numbers: 1 (line "FRuctus…"), 2 (line "pretum: Inter quos…"), 3 (line "trà civiles…"), 4 (line "di debere…"), 5 (line "stehet, folgen…").

& quincunces usuras pretij emptitij, ab emptore soluti, pro rato præstet, per verba *art. cit.* doch daß er dem Kauffer neben dem Unkosten ꝛc. alsdann für sein interesse, deß bezahlten Kauffgelts halben, nach Anzahl der Zeit, und der bezahlten Kauffsummen so vill geb, daß es auf ein gantz
6 Jar fünff von hundert treff ꝛc. Ita, ut etiam has quincunces usuras teneatur præstare, licèt res vendita nullos protulerit fructus, *d. art.* 17. ibi: ob gleich daß verkauffte Guet gar kein Nutzung getragen hette. D. Rhat. *tract. de contin. diff. assert.* 19. De fructibus civilibus idem suô mo-
7 dô sancitum est jure Patrio, quod de fructibus naturalibus, & industrialibus, nisi quòd jus Bavaricum secundùm consuetudinem in Patria receptam contrà juris communis dispositionem minimè eos singulis momentis cedere, & sic pro rato temporis inter emptorem, & retrahentem dividi permittat, sed illos uno die, quo scilicet promissi sunt, v. g. census, aut usuræ, aut pensio prædij urbani, cedere, & sic etiam ad emptorem, vel ad retrahentem prædicta ratione, quisquis dein ipso-
8 rum perceperit, pertinere, statuat, ut ex verbis *cit. art.* 17. patet. Prout & præstationibus dominicalibus tempus certum S. Michaëlis in jure Patrio est præstitutum, per verba *art. cit.* und in dem Baurn Güetern die Gült und Stüfftzeit auf S. Michaelis verstanden, und für verfallen gerechnet werden sollen ꝛc. illust. D. B. Schmid. *ad hunc art.* 17. *n.* 10. & *seq.* quamvis forsan hæc res sua difficultate non careat, ut consideranti patet.

Landtrecht
Titulus X. Articulus XIX.
SUMMARIA.

1. *Si res in processu edictali vendatur, non esse locum retractui, de jure communi plerique sentiunt.*
2. *Id quod quidam limitant, nisi res vendatur extraneo non creditori.*
3. *Jure Bavarico in processu edictali jus retractûs penitùs est exclusum.*
4. *Nobiles tamen Bavaricæ nobilitatis capaces etiam in processu edictali jure retractûs gaudent, dummodò præstanda præstent.*

1 SI res aliqua in solutum datur, seu auctoritate judicis sub hasta venditur, communiter Interpretes conveniunt, jure civili inspecto locum juri retractûs neutiquam esse, eòquòd emptio, & venditio, sub hasta facta, perpetuam dicatur accipere firmitatem *L. ult. Cod. si propter. pub.*

pub. penſit. vend. & ſubhaſtationis publicæ fides non facilè debeat immutari, text. *in L. ſi hypothecas. Cod. de remiſſ. pign.* Berlich. *part.* 1. *deciſ.* 97. *n.* 7. Id quod licèt aliqui limitare velint, niſi res ſub haſta publica alicui extraneo, plus offerenti, & non creditori fuerit vendita, quo caſu locum retractui eſſe, inſignes JC.ti profitentur *ad L. cùm bona* 1. *ff. de priv. creditor.* Joan. Brunneman. *ibid. n.* 6. Tyraquel. *d. tract. de jure retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 18 & alii, quos refert D. Balthaſar *tit.* 10. *reſol.* 18. *n.* 4. Jure tamen Bavarico generaliter, & abſolutè videtur jus retractûs excluſum, dum ſtatuta Bavarica generaliter dicant, *in art.* 19. *tit.* 10. in ſolchem Kauff hat der Einſtandt nit ſtatt, ſonder der, welcher alſo vor Gericht, oder Obrigkeit kaufft hat, ſoll bey ſeinem erkaufften Guet ohn allen Eintrag der Freundt, gelaſſen werden. atque ſic nihil interſit, an creditor, vel an quis extraneus rem ſubhaſtatam emerit; Quamvis in Patria hoc ſingulare ſit, quòd Nobilibus, nobilitatis Bavaricæ capacibus, denen der Bayriſchen Edlmanns freyheit fähigen, qui aliàs jure nobilitatis Bavaricæ ſi res vel in manus mortuas, vel in manus ignobiles ſit alienanda, altero poſt conſanguineos anno jure retractûs gaudent, etiam in proceſſibus edictalibus, & ſubhaſtatione concedatur jus hoc retractûs, juxta clementiſſimum decretum Electorale *de anno* 1672. 20. *Aprilis.* §. Es ſoll ſich auch Sechſtens. ita tamen, ut Nobilis retrahens præſtet id, quod creditor ille, qui forſan primus, aliàs damnum paſſurus, bonum emeret, amitteret, ſic & eum omninò indemnem ſervet, vid. aliud clementiſſ. decretum *de anno* 1677. *octobris.* vid. & theſes noſtræ de proceſſu edictali. *cap.* 3. *aſſert.* 48. *n.* 11. & 12.

2

3

4

Landtrecht
Titulus XI. Articulus I.

S U M M A R I A.

1. *Actio realis an in loco rei ſitæ, vel in loco domicilii ſit intentanda?*
2. *Refertur eorum opinio, qui eam in loco rei ſitæ inſtituendam eſſe, cenſent.*
3. *Altera ſententia id affirmat, ſi reus conventus ſimul in loco rei ſitæ inveniatur.*
4. *Tertia ſententia actori electionem relinquit, quo loco velit inſtituere: quæ communior, & verior videtur.*
5. *Jus Bavaricum primam ſententiam approbat.*
6. *Sive res ſit mobilis, ſeu immobilis.*

1 UBinam actio realis sit instituenda, an in loco rei sitæ, vel in loco domicilii rei conventi, jure communi maximè est controversum, & interpretum tres existunt opiniones diversæ, singulæ à suis patronis a-
2 criter defensæ: Prima eorum est, qui actionem realem indistinctè in loco rei sitæ proponendam existimant, Donellus *lib.* 17. *comment. jur. civil. cap.* 17. & ibi Hill. Wesenbec. *ad tit. Cod. ubi in rem actio.* & eos
3 secutus clariss. D. Bassus *in decis. Justin. decis.* 4. *n.* 10. Altera opinio præcedentem cum ea limitatione assumit, si simul reus conventus in loco rei sitæ reperiatur, Cujacius *ad L. un. Cod. ubi de hered.* eúmque se-
4 cutus Sichard. *in L. fin. Cod. ubi in rem actio. n.* 2. Tertia media, communior, & verior sententia electionem actori tribuit, an possessorem rei litigiosæ in loco rei sitæ, vel domicilij velit convenire per text. *in L. actor. fin. Cod. ubi in rem actio.* ibi: *actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur: sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, jubemus in rem actionem adversùs possidentem movere:* faciunt & text. *in L. non aliàs.* 24. §. *sed si,* 2. *ff. de judic. L.* 12. *Cod. de præscript.* Perez *ad tit. Cod. ubi in rem actio. n.* 1. Brunneman. *ibidem. n.* 15. & 16. cum pluribus allegat. Wisenbach. *ad ff. tit. de judicijs thes.* 22. Ummius
5 *ad process. jud. disp.* 4. *thes.* 3. *n.* 15. Et sicut hanc tertiam opinionem, tanquam magis receptam jure communi, etiam nos defendendam suscipimus, ita meritò inter jus commune, & Bavaricum differentiam aliquam assignamus, cùm hoc jure Patrio prima relata sententia clariss. D. Bassi *d. decis.* 4. videatur esse approbata, & sancitum, ut actio realis in loco rei sitæ intentetur per verba *art.* 1. *tit.* 11. *cit.* Es soll niemandt sein Aygen noch Lehen schuldig sein zuverantworten, dann in dem Gericht, darinn es gelegen ist 2c. item vor der Regierung, in deren Rentambt,
6 dann ein jedes Guet gelegen ist. Et hoc ita in Patria obtinere, sive res sit immobilis, sive mobilis, tradit illust. D. B. Schmid. *ibid. n.* 10. ita, ut & hæc, in loco, ubi existit, & invenitur, debeat peti, & vindicari, videantur de jure communi Int. *L.* 24. §. 2. *ff. de jud. L. res mobilis.* 10. *ff. de R. V.* Mev. *part.* 4. *decis.* 74. Trentacinque *lib.* 2. *tit. de act. resol.* 4. *n.* 9. & alij ab ijs relati, faciunt huc, quæ tradit clariss. D. Rhat: *d. tract. de cont. d. ff. assert.* 24. & *seq. aliquot*, ubi solidè in *hunc tit.* 11. commentatur.

Landtrecht.
Titulus XII. Articulus I.
SUMMARIA.

1. *An fœminæ succedant in feudis emptitijs?*
2. *Jure communi feudali negativa sententia non displicet.*
3. *Solvitur objectio, & prædicta negativa opinio confirmatur.*
4. *Statuta Bavarica fœminas in successione feudorum emptitiorum admittunt:*
5. *Ut & multi Interpretes in praxi extrà Bavariam.*

APud juris feudalis interpretes plurimùm controversa, ut ait illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. 1. in prin.* quin ardua, & Cæsarea decisione definienda controversia est, ut loquitur clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 29. an fœminæ in feudis emptitiis succedant? Jure communi feudali, & in theoria negativam magìs veram plures agnoscunt, partim, quòd feudum aliquod proprium à communi, & consueta juris feudalis ratione æstimetur, donec aliud quid cautum, & dispositum inveniatur; atqui ejusmodi sanctionem, naturam feudi proprii, utut emptitii, invertentem, in feudalibus consuetudinibus nullibi est invenire, ergò etiam in feudis emptitijs fœminæ censebuntur exclusæ, usque dum aliud ostendatur; Neque obstat, si dicas, feudum emptum esse improprium, eò quòd non sit gratuitum, & beneficium, contrà *tit.* 23. *feud.* 2. Etenim, licèt in hoc effectu possit censeri feudum improprium, attamen in alijs manebit feudum proprium, ubi natura feudi non est alterata, Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 73. *n.* 4. *& seq.* Pistor. *lib.* 2. *q.* 34. cui accedit, quòd jus feudale eos casus, quibus fœminæ ad successionem in feudis, admittuntur, determinatè, & singulariter exprimat, ut *tit.* 50. *feud.* 2. *tit.* 8. *§. filia. & tit.* 11. *§.* 1. *feud.* 1. ergò signum est, eas in reliquis casibus excludi, dum unius inclusio, sit alterius exclusio, ut solidè deducit clariss. D. Rhat. *d. assert.* 29. videantur theses nostræ *de feud. part.* 3. *assert.* 56. *n.* 3. *& seq.* Dissentiunt apertè statuta Patria, fœminas in successione feudorum emptitiorum admittentia *in art.* 1. *tit.* 12. Landrecht, verbis: wer von dem andern ein Lehen kaufft, und sich hernach begibt, daß die Manßerben seiner Linien absterben, und dannoch Frauen Erben bleiben, dieselben Frauen Erben mögen solche Lehen, so wol als die Manß Personen, erben; es sollen auch die Lehen-Herrn demselben Frauen Erben alsdann leyhen: ita, ut, cùm verba

1 (margin, line 1) · 2 (margin, line 6) · 3 (margin, line 14) · 4 (margin, line 28)

hæc

hæc sint generaliter concepta, jure Patrio nihil intersit, an ab ipso domino directo, vel ab alio vasallo antecessore feudum sit emptum, ut
5 notanter addit clariss. D. Rhat. *d. locô assert.* 30. Quam juris Patrij dispositionem, utpote satis æquam, tàm de jure communi feudali, quàm & praxi multi sequuntur, & recipiunt cum Jul. Claro. *§. feudum. q. 73. vers. sed quid in feudo empto.* And. Gail. *lib. 2. obs.* 159. *per tot.*

Landtrecht
Titulus XII. Articulus VIII.
SUMMARIA.

1. *Mutatione quavis, ex persona vasalli facta, debet præstari relevium* der Lehenfall.
2. *Jure communi feudali non est expressum, quid nomine relevii præstetur.*
3. *In Bavaria ex feudo burseatico quinque pro centum penduntur.*
4. *In feudis equestribus quoque certa summa relevii in Patria est determinata.*
5. *Hodie magnus fit in petendis releviis excessus contrà Bavaricum jus.*
6. *Si plures feudi hæredes, qui semel relevium jam solverunt, id dividant, an novum relevium debeat pendi de jure Bavarico?*
7. *Quid in tali casu de jure feudali communi sentiant Feudistæ? remissivè.*

1 QUemadmodum plura *hoc titulo* 12. de feudis singularia, & in Patria notatu dignissima continentur, de quibus latiùs illustr. D. B. Schmid. *ad tot. tit. hunc*, clariss. D. Rhat. & D. Balthasar. *ibidem* tractant, prout & multa in thesibus nostris de feudis, antè biennium elaboratis, deduximus, quò brevitatis causâ nos remittimus, ita ex *art.* 8. hoc singulariter annotare placuit, quòd nec de communi feudorum jure, nec Patriis constitutionibus dubium sit, quin mutatione quavis, ex persona, vel parte vasalli obveniente, in recognitionem dominii feudalis, & novæ concessionis compensationem aliquod certum relevium der Le-
2 henfall, oder Lehenraich præstetur; Atque de hoc certi quid jure communi feudali non constet, sed pro diversitate locorum, circumstantia feudorum, & consideratis considerandis modò major, modò minor pendatur summa relevii, ut videre est apud Schraderum *de feud. part.* 6. *cap.* 3. *n.* 24. *& seq.* Henr. à Rosenthal. *de feud. cap.* 6. *conclus.* 66. *n.* 2.
3 *& seq.* Jure tamen nostro Bavarico, distinctione inter feuda equestria, & burseatica adhibita, singulariter est dispositum, ut in feudi burseatici

aliena-

alienatione, vel mutatione vasalli quinque pro centum florenis, æstimato totius feudi valore, domino directo exsolvantur *art.* 8. *tit.* 12. ibi: und so vill die Beüttel-Lehen betrifft, soll von jedem hundert Gulden, der Kauff, oder übergab Summen, darumben das Lehen verkaufft, oder verendert worden, oder im Fall es ohn ein gewisses Gelt verendert worden, was es sonsten billichen Dingen nach werth ist, fünff Gulden, und nit mehr zum Lehenraich bezahlt werden &c. Pro feudis autem equestribus, & nobilibus in omnibus, & per omnia pro relevio in recognitionem dominii directi septem floreni, & quatuordecim crucigeri præstentur, Sein es aber Ritterlehen, soll man bey der neuen investitur, für den Schiessjeug, Schreibgelt, Nachrecht, und allen andern dergleichen Unkosten, mehrers nit, dann in allem 7. fl. 14. Kreützer bezahlen, gestaltsame bey deß Lands-Fürsten Lehenstuben gebräuchig, und herkommen ist &c. 4

An autem, & quomodo hæc saluberrima juris Patrii constitutio in praxi observetur, & quomodo non tantùm apud Nobiles, & Dynastas, sed etiam dominos directos Ecclesiasticos, ut Prælatos, aut Præpositos, hac in re excedatur, ita, ut feuda hodie vix ampliùs beneficia sint, sed ab omnibus passim vasallis odiô habeantur, conqueritur non tantùm illustris Patriæ Cancellarius, & per plurimos annos feudorum in Bavaria præpositus *d. art.* 8. *n.* 3. sed & frequentissimis lamentis vasallorum praxis hodierna abundè testatur. 5

Illud quoque notandum venit, quòd jure Bavarico eo in casu, quo v. g. plures hæredes, forsan releviô nomine omnium hæredum jam semel exsolutô, postmodùm feudum paternum inter se dividentes, uni eorum totum cedant, & tradant, ea sub lege, ut sibi reliquis hæredibus certam pro cessis suis portionibus numeret pecuniam, is, qui feudum ita accipit, de novo relevium debeat exsolvere, non quidem pro sua portione, quam habuit in feudo, & pro qua jam semel relevium solvisse, supponitur, sed pro reliquis cohæredum portionibus sibi translatis per *art.* 8. *tit.* 12. verba, ibi: Doch wann die Erben in der Erbthailung, oder sonsten einem Erben aus ihnen das Lehen zuthailen, oder übergeben, so ist solcher Erb von seiner mit Erben thailen, die sie am Lehen gehabt, den Lehenraich von neuem zugeben schuldig, und allein sein Thail, den er am Lehen ererbt, deß Lehenraichs gefreyt. 6

Dum tamen in communibus feudorum usibus ejusmodi cessionem non haberi pro nova mutatione, & sic vasallum, qui feudum accepit ad nullum relevium esse obligatum, doceat clariss. D. Rhat. *tract. cit. assert.* 39. *per tot.* ut ut & alii jus Bavaricum, & 7

K com-

commune feudale minimè discrepare, sentiant cum illust. D. B. Schmid. *add. artic.* 8. *n.* 30.

Landtrecht
Titulus XIII. Articulus II.

SUMMARIA.

1. Hic titulus *in multis convenit cum jure communi Cæsareo.*
2. *De utroque jure licitum est creditori, fugientem debitorem insequi, & propria auctoritate sistere.*
3. *An creditor debitorem fugientem etiam in Ecclesiis possit apprehendere? & n.* 4.
5. *Juxtà aliquos posset creditor debitorem fugientem, & resistentem impunè occidere.*
6. *An creditor, debitorem sistens, & apprehendens, de jure Patrio consequatur aliquam prælationem ante reliquos concreditores?*
7. *Inter creditores hypothecarios nullam obtinet prærogativam.*
8. *An, & quibus chyrographariis præferatur?*

1 TOtus hic *tit.* 13. von Schuldt, Raittung, Geltern, und gelichnem Gelt, non adeò à jure communi discrepat, sed in plerisque cum *tit. Cod. & ff. de rebus creditis, mutuo, si certum petatur*, & similibus, convenire videtur, ut ex ejus perlectione, & traditis Interpretum Bavaricorum patet: Nos ea proponemus, ubi vel singulariter jure communi controversum decidit, vel ab eodem jure recedere censeatur:
2 In eo utrumque, & commune jus text. *in L. ait prætor.* 10. §. *si debitorem* 16. *ff. quæ in fraudem cred. L. generali.* 54. *Cod. de decurion. lib.* 10. Bavaricum *in tit.* 13. *art.* 2. conveniunt, quòd creditori licitum sit debitorem fugientem vel in bonis suis in omni loco cum, vel sine auctoritate judiciali persequi, apprehendere, detinere, & ad solutionem cogere: Wann jemandt flüchtig würdet, und seinem Glaubiger entfliehen will, begreifft ihn der, dem er schuldig ist, der mag sein Leib, und Guet an allen Orten, für sich selbs oder mit Hülff jeder Obrigkeit angreiffen, und auffhalten rc. Ita, ut, cùm *art. hic* 2. dicat, an allen Orten, non
3 tantùm ubique locorum, quandocunque, & coram, quocunque etiam incompetente judice, sed in Ecclesiis quoque ejusmodi debitorem posse apprehendi, doceat cum aliquibus arg. *cap. inter alias. de immunit.*
4 *Eccles.* illust. D. B. Schmid. *ad dict. art. n.* 3. Dissentiente non immertò,

&c.

& satis probabiliter clariss. D. Rhat. *d. tract. de contin. diff. assert.* 45. tum, quòd debitor ad Ecclesiam confugiens jure Canonico nuspiam censeatur exclusus, tum, quòd verba generalia text. Bavar. an allen Orten civiliter, & de illis locis intelligenda videantur, de quibus Legislator voluerit, & potuerit disponere. Didac. Covarruv. *var. resolut. cap.* 20. *lib.* 2. *n.* 14. *vers. sed profectò*, D. Balthasar. *tit.* 13. *resol.* 2. *n.* 14. Qui tamen *n.* 10. in terminis scribit; etiam licitum esse, creditorem fugitivum, armata manu resistentem, impunè lædere, vel occidere, modò creditor vim non inferat prior, sed tantùm propellat arg. *L. si. ex plagis.* §. *tabernarius. ff. ad L. aquil.* Sed quidquid sit, nos impræsentiarum hæc, & similia non moramur; Illud deductione dignissimum est, an creditor debitorem persecutus, & ad solutionem cogens, postmodùm in concursu plurium creditorum, & processu edictali, & qualem prærogativam, & privilegium sortiatur, dum *articulus* noster ijs utatur verbis: und wer also der erste ist, der ihn angreifft, oder sein Guet, der soll auch deß ersten davon gewehrt werden &c. clariss. D. Rhat. *assert.* 46. Et certè, sicut nulli dubitamus, quin non creditor, tacitâ, vel expressâ hypothecâ anteriori instructus, ejusmodi creditori, debitorem fugitivum, aut ejus bona sistenti, præferatur, adeóque hæc, jure Patrio concessa, prælatio inter creditores hypothecarios locum nón habeat, ut manifestè arguunt verba *art.* 2. sequentia: doch unentgolten dem, welchem es vormaln verpfendt were &c. Ita summè controversum est, an & quali prælatione inter chyrographarios gaudeat, ita, ut non tantùm his simplicibus chyrographariis, sed & aliis personali aliquo privilegio, seu prælatione gaudentibus, & instructis, præferatur, ut opinatur & eleganter, argumentô ab eo, qui ad rem aliquam reficiendam mutuat, & propterea prærogativam nanciscitur, quòd aliorum quoque creditorum conditionem per hoc faciat meliorem, ductô ad hunc, qui debitorem sistendo reliquis etiam creditoribus prodest, confirmat, D. Balthasar *tit.* 8. *resolut.* 2. *n.* 23. vel an duntaxat iis chyrographariis præferatur, qui cum ipso ejusdem sunt qualitatis, & conditionis, ita, ut hæc prælationis prærogativa non ad omnes indistinctè extendatur, sed tantummodò illos, qui ejusdem conditionis debitorem fugientem sunt persecuti, comprehendat, ut explicat illust. D. B. Schmid. *ad d. art. n.* 20. cujus opinio, sicut probabiliùs *articulo* 2. convenit, ita & eandem defendendam suscipimus.

Landtrecht
Titulus XIII. Articulus XI.
SUMMARIA.

1. *Si mutuo restituendo certum tempus est præstitutum, dies interpellat pro homine.*
2. *Si nullum certum tempus solutioni est præfixum, de jure communi arbitrio judicis res potest committi.*
3. *De jure Bavarico tali casu quatuordecim dies sunt præscripti, queîs monitus debitor cogatur solvere.*
4. *In quo tamen hodierna praxis creditoribus non est adeò amica.*

1 SI Sempronius Titio dedit mutuos centum, tempúsque, & dies solutionis inter contrahentes est determinatus, puta, ut solvat Titius intrà annum, & diem, ad Festum S. Michaelis, vel dimidiô annô post denuntiationem à Sempronio factam, ein halb, oder viertl Jahr nach geschechner Auffkündtung, res omni dubio caret, quin Titius convento tempore, ac stato die debeat mutuum acceptum restituere, cùm dies pro homine interpellare dicatur, text. & Int. *in L. magnam.* 12. *Cod. de contrah. & com. stip.* Quòd si verò certum solutionis tempus, aut dies
2 nulla sit adjecta, & constituta, de jure communi non quidem certum aliquod tempus determinatur, intrà quod debitor solutionem facere debeat, sed potiùs arbitrio judicis relinquitur, debitorem ad pecuniam reddendam cogere intrà tale spatium, ut debitor mutui habeat saltem aliquam commoditatem, econtrà nec creditor longiori detentione, & morâ debitoris patiatur detrimentum, Int. *in L. in omnibus.* 14. *ff. de R. J.* Jacob. Wisenbach. *ibidem.* De jure autem Bavarico, ad evitandas li-
3 tes, & coarctandos morosos debitores, quatuordecim dies debitori sunt præstituti, queîs ad præviam creditoris petitionem solvere cogatur *art.* 11. *tit.* 13. Landtrecht. ibi: Entlehnet jemandt von dem andern ein Gelt, ohne sonderbare Frist, daß soll er ihm nach seiner Anforderung, in vierzehen Tagen bezalen ꝛc. clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 47. & D. B. Schmid. *ad d. art.* 11. ubi *n.* 5. tradit, per verba hæc *art. præcitati*, nach seiner Anforderung, non esse necessariam judicialem, sed sufficere extra-
4 judicialem creditoris petitionem. Id quod tamen quomodo in praxi observetur, & quales processus, exceptiones, imò sententias, & transactiones debeant creditores sustinere, nolentes, volentes inire, experientia

rientia quotidiana demonstrat: id quod certè deplorandum, & forsan unica causa est, quòd commercium, & fides, aliàs invicem habita, incipiat recedere, & exulare.

Landtrecht
Titulus XIII. Articulus XII.
SUMMARIA.

1. *Jure communi debitor debitum, manu sua confessatum, negans, tenetur ad duplum.*
2. *In Bavaria dupli pœnæ successit arbitraria, & expensarum satisfactio.*

JUre civili communi debitor, qui propria manu, & scripturâ debitum confitetur, postmodùm autem pecuniam acceptam malitiosè, & dolosè inficiatur, præter pœnam, qua propter dolosam abnegationem à judice punitur, simul duplum actori creditori restituere tenetur, si legitima ratione convincatur, text. & Int. *in Auth. contrà qui. Cod. de non numerata pecun.* Joan. Brunneman. *ibidem.* Jure autem Bavarico hujus authenticæ nullus est usus, sed is debitor., restitutîs solùm actori expensîs, & satisfactione præstita, arbitrariæ duntaxat pœnæ fit obnoxius juxta *art.* 12. *hoc cit. tit.* 13. ibi: Wer gelihens Gelt ablaugnet, und sich deßhalb für Recht last bringen, wirdt er überwisen mit dem Rechten, der soll dem Klager sein Gelt widergeben, und den Schaden darzu abthuen, als vor geschriben stehet, auch dem Gericht darzu in die Straff gefallen seyn. vid. D. Balthasar. *tit.* 13. *resol.* 11. *n.* 1. & *n.* 8.

1

2

Landtrecht
Titulus XIII. Articulus XIV.
SUMMARIA.

1. *Debitoribus prægravatis solent creditores quandoque inducias indulgere, vel omninò aliquam crediti partem remittere.*
2. *An major creditorum pars prævaleat in concessione induciarum, vel remissione crediti?*
3. & 4. *Tam de jure communi, quàm Bavarico creditores chyrographarii plures prævalent, & præjudicant parti minori.*

5. *Creditorum hypothecariorum major pars præjudicat minori in concedendis terminis, & induciis, non verò in remittenda parte debiti.*
6. *De jure Bavarico major pars creditorum hypothecariorum nunquam, & in nullo casu præjudicat minori parti.*
7. *Major creditorum pars non à numero personarum, sed à quantitate debiti desumitur.*

1 Cùm hodiernis præsertim temporibus frequenter multos vel infortuniîs, aut temporum injuriîs, vel etiam negligentiâ suâ, & malâ œconomiâ eò devenire videamus, ut plerisque suis facultatibus lapsi, aut ære alieno prægravati, exsolvendis debitis suis sint insufficientes; atque hinc vel creditores ipsimet convenire, vel etiam quandoque à judice eum in finem soleant convocari, ut debitori suo vel certas quasdam inducias gewisse Fristen indulgeant, vel omninò aliquam debiti partem remittant, ein Nachlaßthun; atque sic, debitorem vires suas aliqualiter colligere, permittant, ut eò meliùs posteà creditoribus possit
2 solvere: Quo in casu frequens, & insignis oritur quæstio, anne major creditorum pars, forsan in inducias, aut aliqualem remissionem consentientium, præjudicet creditorum dissentientium minori parti? & licèt aliàs, quod omnes tangit, ut singulos, ab omnibus quoque, ut singulis debeat approbari, *cap. quod omnes. de R. J. in* 6. atque etiam res, inter alios acta, alteri regulariter neque obsit, neque prosit, text. &
3 DD. *in tot. tit. Cod. res inter alios acta. L. sæpe* 63. *ff. de re jud.* Aliud tamen in pacto remissorio, vel induciis, debitori concedendis, & quidem quoad creditores chyrographarios, current-Schuldner, id communiter est receptum, ut in partiali remissione debiti, vel indulgendis induciis, si plures creditores consentiunt, etiam reliqui pauciores consentire censeantur, dum per remissionem partialem debiti, vel concessas inducias omnium creditorum conditio in hoc videatur meliorari, quòd saltem aliquid, vel saltem post tempus suum consequantur, qui forsan debitorem, nunc nimiùm urgentes, nihil, vel parùm caperent, text. & Interpr. *in L. cùm solito more. fin. Cod. qui bonis cedere possunt.* Joan. Brunneman. *ibidem num.* 7. *L. juris gen-*
4 *tium.* 7. *§. hodie.* 19. *L. majorem.* 8. *cum duabus seq. ff. de pactis.* Concordat jus Patrium *art.* 14. *tit.* 13. ibi: vergunnen der maiste, oder grössere Thail der Glaubiger &c. dem Schuldner lenger Zahlungsfristen, oder thuen ihm an der Schuld einen Nachlaß, so müssen auch die andere
5 Glaubiger darein bewilligen &c. Quod autem creditores hypothecarios

rios attinet, hoc ita ſimpliciter non eſt aſſerendum, ſed juxtà communiorem opinionem, major cumulus creditorum hypothecariorum tunc minori parti de jure communi præjudicare cenſetur, quando forſan duntaxat de concedendis debitori inducijs, & ſtatuendis terminis agitur, minimè vero, quando agitur de actuali remiſſione vel totius debiti, vel partis; text. & Int. *in L. fin. Cod. qui bonis cedere poſſunt*, ibi: *nulla quidem differentia inter hypothecarios, vel alios creditores, quantùm ad hanc electionem* (*hoc eſt, inducias concedendas*) *obſervanda. L. reſcriptum.* 10. *ff. de pactis.* ibi Brunneman. *n.* 8. latè Berlich. *part.* 2. *deciſ.* 237. & *ſeq.* D. Rhat. *d. tract. aſſert.* 50. 51. 52. & 53. Aſt jure Bavarico major cumulus creditorum hypo- 6
thecariorum minori parti neque in remiſſione debiti, neque in concedendis quinquennalibus, ſeu inducijs, præjudicat per verba *art.* 14. Doch iſt ſolches allein von den jenigen Glaubigern zuverſtehn, welche kein Underpfandt umb ihr Schuldt haben, dann wer verſchriben Underpfandt hat, der iſt nit ſchuldig, neben andern Glaubigern, dem Schuldner Friſten zugeben, oder einen Nachlaß zuthun. latè illuſt. D. Cancellarius *ibid. n.* 17. Hoc quoque addimus, majorem creditorum 7
cumulum non præcisè à numero perſonarum, ſed & à quantitate ſummæ debitæ deſumendum eſſe, ita, ut etiam unus creditor, qui in ſumma debiti aliîs omnibûs, in unum coadunitîs, & omnibûs eorum debitîs computatîs gravior inveniatur, reliquis antecellat, & ipſius ſententia obtineat, ſive indulgere tempus, ſive remittere deſideret, text. expreſſus *in L. cùm ſolito more. fin. Cod. cit. tit. qui bonis cedere poſſunt.* & in terminis ſtatuta Patria *eod. art.* 14. ibi: zuverſtehen, nit der Anzahl, ſondern gröſſe der ſchulden nach ꝛc. D. Balthaſar. *tit.* 13 *n.* 5.

Landtrecht.

Titulus XIV. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Fidejuſſoribus triplex competit beneficium, ſeu exceptio.*
2. & 3. *Quomodo fidejuſſores de jure communi poſſint hiſce beneficijs renuntiare?*
4. *Quid de jure Bavarico hac in re ſit cautum, & ſtatutum?*

Fidejuſſoribus præter beneficia, ſeu exceptiones diviſionis, & ceſ- 1
ſionis, etiam exceptionem ordinis, vel excuſſionis, ſeu, ut principalis primùm excutiatur, competere, abundè conſtat ex *Auth. præ-*

ſente.

ſente. & *L. non rectè.* 3. *L. cum alter.* 11. & *L. mandati.* 14 *Cod.* item *L.* 26. *L.* 36. & *L.* 39. *ff. de fidejuſſor.* Stat. Bavar. Landtrecht. *tit.* 14. *per tot.* Cui
2 exceptioni ordinis, vel excuſſionis ut fidejuſſor renuntiâſſe cenſeatur, jure communi non requiritur, ut in ſpecie & nominatim id fiat, ſed juxtà aliquos ſufficit, ſi verbîs etiam generaliſſimîs fuerit uſus, puta ſi v. g. omnibus exceptionibus, ſeu beneficiis genericè renuntiaverit, vel omninò promiſerit ſe ſine ulteriori exceptione fore ſoluturum, ut docere videntur Luſcus. *tom.* 3. *pract. concluſ.* 404. *n.* 24. Modeſt. Piſtor. *part.* 4. *quæſt. illuſt.* 163.
Alii de jure communi, ſi non verba generaliſſima, ſaltem generalia, & ſub-
3 alterna ſufficere cenſent, ut latè tradit Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 22. *n.* 2. & *ſeq.* & huc inclinat Ant. Perez. *ad Cod. tit. de fidejuſſ. n.* 23. & *ſeq.* Jure Ba-
4 varico hæc magna interpretum controverſia ſopita, & expreſsè ſtatutum eſt, ut nec generalis, minùs generaliſſima renuntiatio ſufficiat, ſed expreſſa, & determinata requiratur renuntiatio, ad hoc, ut beneficium excuſſionis, & ordinis cenſeatur remiſſum, & renuntiatum, juxta verba *art.* 1. *hoc tit.* 14. Item ſo ein Porg ſich der Freyheit des Rechtens, daß der Selb Schuldner zuvor ſoll beklagt werden, in ſonderheit, und außtruckenlich verzichen ꝛc. atque hinc optimè docet illuſt. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 35. & generaliſſimam, & generalem renuntiationem in Patria eſſe inſufficientem, niſi vel ſpecialiter, & in terminis huic beneficio ordinis fidejuſſor renuntiaverit, vel ſaltem ejuſmodi uſus fuerit verbîs, quæ ſpecialem renuntiationem luculenter importent, vel per neceſſariam conſequentiam involvant, ut puta, ſi fidejuſſor promittat, ſe ſoluturum ad placitum, & voluntatem creditoris, omni fidejuſſorum exceptione remota, mox, illicò, protinùs, abſque omni dilatione, in continenti, ſtatim, è veſtigio, & ſi qua alia eſſent verba, ſpeciali renuntiationi æquipollentia, ut ut benè ſciamus, antè aliquot menſes in quopiam inſigni tribunali Patriæ, hæc verba, *ſine omni ulteriori exceptione*, ohne alle fernere Waigerung, oder exception, pro inſufficientibus ad renuntiationem beneficij ordinis, ſeu excuſſionis inducendam, fuiſſe reputata. vid. clariſſ. D. Rhat. *d. aſſert.* 57.

Landtrecht
Titulus XIV. Articulus III.

S U M M A R I A.

1. *Fidejuſſores de jure communi beneficium diviſionis habent, etſi ſe in ſolidum, vel ſpecialiter obligent.*

2. *Aliud*

2. *Aliud quid videtur de jure Bavarico introductum.*
3. *Quomodo intelligantur verba art.* 3. hafftet ein jeder nur umb seinen Thail?
4. *Circa beneficium cessionis dicunt aliqui, nihil esse contra jus commune statutum in Bavaria.*
5. *Alii tamen notabilem differentiam assignant, & statuunt.*

HActenùs de beneficio excussionis, seu ordinis; in *hoc art.* 3. de beneficio divisionis, & cedendarum actionum agitur; circa beneficium divisionis jus commune, & Patrium videntur differre, quippe jure communi plerique Interpretes affirmant, plures fidejussores, pro eodem debitore intercedentes, exceptione, seu beneficiô divisionis uti, & gaudere posse, sive se generaliter, ut fidejussores, seu etiam specialiter, & in solidum sambt, und sonders, quin, ut aliqui extendunt, sive se etiam ut principales debitores obligaverint, cùm hæ clausulæ plùs non inducant, quàm quod naturæ fidejussionis jam insit, text. & DD. *in L. non recte.* 3. *Cod. de fidejuss.* Brunneman. *ibidem.* Ant. Perez. *Cod. tit. cit. n.* 29. Pistor. *part.* 4. *q.* 163. *n.* 11. solidè D. Rhat. *dict. tract. assert.* 60. *lit. A.* Bavarico autem jure fidejussores, adjecta aliqua simili clausula, & suscepta obligatione singulari, beneficiô divisionis privantur, quoad totam summam debiti eò ipso à creditore conveniendi, per verba text. *in art.* 3. *hoc tit.* 14. ibi: haben aber die Porgen insonderhait versprochen, daß sie nit allain selb-Schuldner seyn, sonder ein jeder insonderheit umb die gantz Schulden hafften wöll, in solchem Fall mag der jenig, deme man schuldig ist, einen jeden Porgen umb die gantze Summa klagen &c. Quin imò, cùm *cit. art.* 3. *in prin.* dicat: Stellet jemand mehr als einen Porgen, so hafftet ein jeder nur umb seinen Thail, non immeritò aliqui dubitant, an non beneficium divisionis penitùs sit sublatum; sed, cùm potiùs legislatoris mens, quàm nuda textûs verba sint inspicienda. *L. scire leges.* 19. *ff. de legibus.* ita & in Patria hæc verba textûs, hafftet ein jeder nur umb seinen Thail, de obligatione, ope primùm exceptionis dividenda, non autem de obligatione, ipso jure jam divisa, intelligunt, & ita tam in præcipuis Bavariæ Dicasteriis, quàm & in Facultate nostra Juridica conclusum, & judicatum fuisse, referunt clariss. D. Arnold. Rhat. *de contin. diff. assert.* 61. D. Parens. *tit. de fidejuss. q.* 22. *ob.* 2. Demùm finalia *art.* 3. verba, und da ein Porg für die andere bezalt, stehet ihme bevor, dasselbig Gelt, von inen seinen Mitporgen, wider einzufordern quod attinet, in iis nihil contrà jus ci-

Margin numbers: 1 (at "HActenùs"), 2 (at "60. lit. A."), 3 (at "klagen &c."), 4 (at "für die andere").

vile commune ſancitum, ſed pariter & ceſſione actionum in Patria opus eſſe arbitrantur clariſſ. D. Arnold. Rhat. *tract. de contin. diff. jur. Bavar. & com. aſſert.* 63. & D. Balthaſar. *tit.* 14. *reſolut.* 3. *n.* 51. & 52. & *ſeq.*

5 Aſt variis ex rationibus, ac præſertim, cùm allegata *art.* 3. verba ſint generalia, & ſatis clara, non immeritò ſubſiſtit, quin & differentiam juris communis, & Patrii admittit illuſt. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 48. ſolidè aſſerens, in Patria abſque omni ceſſione ſolventi fidejuſſori contrà reliquos confidejuſſores ipſo jure condictionem ex lege, ſeu potiùs ſtatuto dari ad repetendum id, quod eorum nomine eſt ſolutum; præſertim, cùm & illa controverſia, anne ceſſio actionum antè, vel poſt ſolutionem peti debeat, in articulo præfato uno ictu diſſolvatur, cùm ſcilicet ceſſione actionum fidejuſſori de jure Bavarico opus non ſit, cit. illuſt. D. Cancellarius *d. n.* 48.

Landtrecht
Titulus XIV. Articulus VII.

SUMMARIA.

1. *Nobiles, & iis adnumerari ſolitæ perſonæ, & in Electoralibus clementiſſimis Decretis declaratæ, quid circa jus ſigillandi habeant in Bavaria ſingulare?*
2. *Cives plebeij, & ruſtici quomodo fidejubeant in Patria?*
3. *Alia ratione fidejubere poſſunt cives magis præcipui.*
4. *Quænam ſumma in Bavaria cenſeatur notabilis, ut literæ fidejuſſionis debeant erigi?*
5. *Si ſumma non eſt notabilis, ſufficit, fidejuſſionem actis judicialibus inſeri.*
6. *Hæc fidejuſſionis forma non ſtringit Bavaros, extrà Patriam fidejubentes.*
7. & 8. *Coram quo judice fidejuſſio poſſit, & debeat fieri.*
9. *In Bavaria ſubditi non poſſunt renuntiare formæ, fidejuſſioni præſcriptæ.*

1 SIcut in Patria noſtra perſonæ nobiles, & iis adnumerari ſoliti, ut ſunt Conſiliarii Principum, Doctores in approbata univerſitate creati, Patricii, Officiales præcipui & illæ Perſonæ omnes, quæ in clementiſſimo Electorali Decreto *de dato* 2?. *Maij.* 1668. & in clementiſſimo Decreto *de dato* 20. *Decembris. anno* 1675. juris ſigillandi capaces ſunt expreſsè declaratæ, non tantùm aliis variis privilegiis, & prærogativis, ſed & præſertim quoad confectiones, & erectiones inſtrumentorum

torum, & ſcripturarum ſuper ſuis contractibus ſingulari facultate fruuntur, quibus à civibus, ruſticis, & plebeijs hominibus diſtinguuntur; ita & in materia fidejuſſionum id à plebe ſingulare habent, quòd illis libera, & à jure communi non diverſa facultas fidejubendi, & ſeſe pro aliis obligandi concedatur, forſitan ea ex ratione, quòd hæ perſonæ longè ſatiùs fidejuſſionis nexum, & inde reſultantem obligationem, futurúmque periculum, juxta illud: die Bürgen mueß man würgen / intelligant, & conſiderent; quapropter & ſolis maſculis pro alijs intercedendi, aut fidejubendi eſt copia, excluſis fœminis, quæ pariter difficilem fidejuſſionis conditionem non capiunt. Int. *ad L.* 2. §. 2. *ff.* & *L. mulieribus.* 1. *L. mulierem.* 14. & *paſſim. Cod. ad SC. Vell.* clariſſ. D. Rhat. *d. tract. aſſert.* 66. *lit. A.* Econtrà, dum cives plebeii, & ru- 2
ſtici, ein Baursman / oder ein gemainer ſchlechter Burger / ut loquitur *art.* 7. *tit.* 14. Landtrecht. (Atque exinde cives honeſtiores, & ma- 3
gìs præcipuos, quales plerumque in majoribus civitatibus mercatores, die Kauff- und Handelsleuth / ſunt in hoc articulo non comprehendi, ſed eos non minùs poſſe fidejubere, quàm nobiles, & perſonas privilegiatas modò, à jure communi præſcriptô, docet illuſt. D. B. Schmid. *ibidem. n.* 6.) contractum fidejuſſionis, & ejus obligationem non ita habeant perſpectam, quin & reliqui actus, ac contractus jure Patrio coram judice, & magiſtratu confici inſinuarique jubentur, ideò eorum fideiuſſiones de jure Bavarico in Patria non ſubſiſtunt, niſi coram magiſtratu, & judice ſint inſinuatæ, & in fideiuſſione magìs conſiderabili, vel maioris ſummæ inſtrumentum, ſeu literæ publicæ à judice erigantur, per verba textûs in *art.* 7. ſolche Porgſchafft ſoll nichtig / und krafftloß ſeyn / es ſeyen dann hierumben / da die Porgſchafft wichtig / vor der Obrigkait ꝛc. ordenliche Porgſchafftbrieff auffgericht ꝛc.
Cenſetur autem ſumma notabilis, & ad erectionem inſtrumentorum ſuf- 4
ficiens, in Bavaria ſumma 50. florenorum, Chur Bayriſche Landtrecht. Sūmariſcher Proceß. *tit.* 2 *art.* 3. ibi: und ſo die Summa under 50. fl. und die Parteyen hierüber nit wöllen Brieff auffrichten laſſen / zum wenigiſten in das Gerichts protocoll eingeſchriben; wann ſie aber 50. fl. oder darüber betrifft / ordenliche vertrags Brieff darüber auffgericht werden. Aut 5
ſi fidejuſſio in minori ſumma conſiſtat, protocollo judiciali ſit inſerta, & cum omnibus circumſtantijs, ſub quibus fidejubetur, inſcripta, Oder in ringſchätzigen ſachen / pergit *art.* 7. *cit.* die Porgſchafft mit genuegſamer Erinnerung / wie und was geſtalt einer Porg werden ſoll / in die Gerichtsbücher mit allem Umbſtänden / und welchermaſſen die Porg-

6 schafft beschehen, eingeschriben. Quò singulariter annotandum videtur, hunc *articulum* 7. sese ad fidejussiones, extra Patriam initas, non extendere, ita, ut ibidem plebeij, & viles cives, ac rustici, ea, qua alii reliqui jure communi præscripta ratione fidejubent, se se obligare possunt, ut indicant verba *art. finalia*. Doch soll diser Articul auf die Porgschafften, 7 so ausser Landts beschehen, nit gemaint seyn. Sed coram quo judice fieri oportet hanc insinuationem fidejussionis, vel erectionem instrumenti judicialis, an coram quocunque magistratu, vel judice jurisdictionem habente, vel coram competente? D. Balthasar *tit.* 14. *resol.* 7. *n.* 14. ex mente, ac verbis *articuli* 7. necessariò deduci, ait, quòd coram quocunque judice fieri possint, tum, quòd *art.* 7. his utatur verbis: vor der Obrigkait, vor welcher der Glaubiger, daß die Porgschafft soll auffgericht, gefertiget, oder eingeschriben werden, begeren thuet &c. tum, 8 quia ejusmodi insinuationes fidejussionum sint meræ facultatis, & voluntariæ jurisdictionis, atque sic coram quovis judice possint exerceri, text. *in L. in hac. ff. de donat.* illustris D. B. Schmid. autem *ad d. art.* 7. *n.* 9. & 10. sicut *ad art.* 1. *tit.* 1. *n.* 132. similiter, ut de insinuatione donationis ultra quingentos solidos ratiocinatur, tradit, insinuationem fidejussionis, & erectionem instrumenti fidejussorii coram competente ordinario judice fieri debere; certè sicut in puncto juris Bavarici D. Balthasari opinionem veriorem, & *articulo* 7. convenientiorem credimus, in praxi tamen longè consultiùs erit, fidejussiones simul, & coram judice competente fidejubentis insinuari, ut sic omne dubium, 9 & omnis difficultas evitetur. Quin & illud in Bavaria singulare, si non omninò à jure communi diversum est, quòd, licèt aliàs regulariter quilibet favori, pro se introducto, renuntiare valeat, secudùm jura notissima; jure tamen Patrio ejusmodi civibus, & rusticis expressè interdictum est, huic dispositioni, quæ jure Bavarico circà has fideiussiones hominum, & civium plebejorum, & rusticorum est introducta, quoquo modo renuntiare, ut constat *ex d. art.* 7. verbis: und sollen die gedachte Personen von Bauren, und schlechten Burgern nit macht haben, sich diser Einred, daß die Borgschafft vor Obrigkeit nit auffgericht, zuverzeihen, oder zuversprechen, sich deren nit zugebrauchen &c. Imò creditor ille, qui forsan fidejussorem civem vilem, aut rusticum ad ejusmodi renuntiationem persuaserit, & illâ dein contrà ipsum fidejussorem vellet uti, totius summæ fideiussoriæ pœnam incurrit, ut notanter disponit sæpè *cit. art.* 7. und welcher Glaubiger sich solches Versprechens, oder verzicht

wolte

wolte wider den Porgen gebrauchen, derselb umb so vil von der Obrigkait gestrafft werden soll, als umb wie vil die Porgschafft beschehen ist.

Landtrecht
Titulus XV. Articulus II.
SUMMARIA.

1. *Jure communi nunquam processus ab executione incboandus.*
2. *Cives* in Ban-Stätt und Ban-Marckten *babent privilegium suos debitores in suis civitatibus, & oppidis arrestandi.*
3. *Quænam civitates, & oppida babeant boc privilegium?*
4. *Hoc jus pignorandi intelligitur de debitoribus civium, non aliorum externorum.*
5. *Nobiles, Landsassii, Consiliarii Principum, & similes personæ sunt exceptæ.*
6. *Magistratus civici sæpè abutuntur hôc privilegiô.*
7. *Si subditi pignorandi judex in civitate, & oppido illo moratur, boc jus pignorandi necessarium non est.*

Titulus hic totus difficilem, simúlque odiosam examinat pignorationis materiam, & varia continet à jure communi aliena; primum notatu dignum videtur, quòd, licèt aliàs jure communi certum sit, hoc jure communi regulariter nunquam processum ab actuali executione esse inchoandum, text. & DD. *in L. 1. & passim. Cod. de execut. rei judicatæ.* In Bavariæ tamen civibus, & illis, qui jure civitatis gaudent, in civitatibus, & oppidis Bavariæ; Ban-Stätten, Ban-Märckten, seu quæ civitates, & oppida status Patriæ Landständt sunt, & ad comitia Statuum vocantur, ex antiquissimo privilegio, ab Ottone Rege Ungariæ, & Duce Bavariæ annô 1311. concesso, indultum sit, pro suis, liquidis tamen, debitis etiam extraneos debitores, forsan in suis civitatibus, & oppidis deprehensos, arrestare, pignorare, & tamdiu detinere, usque dum vel solvant, vel creditoribus civibus alio modo satisfaciant, ut constat ex concessione Ottoniana dem ersten Freybrieff. *vers.* Wir wöllen auch, ob iemandt in unsern Panstetten, oder Märckten &c. & *art. 2. hoc tit. 15. ibi*: Doch sollen die Burger, Stätt, und Märckt, die aus altem Gebrauch ihre Pfendter haben, dieselb in allen den Rechten, als sie die bißher gehabt, füran auch haben; 1 2

3 den; Et ſicut hoc privilegium, niſi illis civitatibus, & oppidis, quæ jus, ut vocant, Landſtandariæ habent, hoc eſt, Status ſunt Bavariæ & ad Statuum comitia vocantur, ſo Landtſtändt ſeint, vel quæ forſan ex conſuetudine hôc privilegiô utuntur, adeóque illa oppida, quæ forſan cives quidem comprehendunt, attamen vel Nobili alicui, *aut* Prælato ſubditi ſunt, hôc privilegiô videantur excluſa, arguunt verba privilegii Ottoniani, Panſtett, oder Märckt &c. & conſtat *ex d. art.* 2. *hoc tit.* 15. Landtrecht. & *art.* 7. *tit.* 19. ibidem D. B. Schmid. *n.* 3. &
4 *art.* 3. *hoc. tit.* 15. *n.* 4. Ita & hoc privilegium conſiſtit duntaxat in terminis debitorum civium, neque ad extraneos extenditur, qui forſan in oppido caſu convenientes, & deprehendentes oppignoratione hac uti nequeunt, teſte eodem cit. D. B. Schmid. *ad art.* 2. *n.* 4. Pari-
5 ter & perſonæ Nobiles, Landſaſſii, Conſiliarii Principum, & aliæ perſonæ conditionatæ, & aliàs non niſi forum coram Sereniſſimo, aut ejus ſubordinatis Regiminibus *juxta art.* 7. *part.* 1. der Landtsfreyheit ſortientes, expreſsè exceptæ ſunt *in tit.* 19. *art.* 7. ibi: doch ſollen ſie keinen vom Adel, der ein Landſeſſ, oder in Fürſtlichen Dienſten iſt, noch auch ſein Haab und Guet verbieten &c. vid. illuſt. D. B. Schmid. *ad hunc art.* 2. Landtrecht *tit.* 15. & *art.* 7. *tit.* 19. & D. Balthaſar. *tit.* 19. *reſolut.* 7. qui plura inſignia dubia, huc facientia, notanter reſol-
6 vunt. Quamvis & hoc non ſit ignotum, quin plurimæ extraneorum ruſticorum & ſubditorum querelæ teſtantur, quantùm ſæpè magiſtratus, & prætores civici amore ſportularum judicialium hôc privilegiô, & jure abutantur, atque excedant. Et ex hac ratione non pau-
7 ci viri graves hoc privilegium omnî modô reſtringendum, cenſuerunt teſte D. B. Schmid. *n.* 2. & adhuc cenſent: atque hinc & eo in caſu hoc jus ita pignorandi, arreſtandique ſubditos provinciales limitandum videretur, quo ejusmodi ſubditi provincialis Judex, & Præfectus, & Dominus in eadem civitate moratur, uti hîc Ingolſtadii exempla habemus, atque ſic civis facilem judicis ejus habeat aditum: eò quòd hoc privilegium civibus eſt conceſſum, ne cives abſtrahantur ab opificiis ſuis, ſi pro quolibet debito excurrere, & coram competente judice ſubdito actionem proponere deberent, ut loquitur cit. D. B. Schmid. ad hunc *art.* *n.* 3 ſi ergò judicem in loco civitatis, & oppidi habent, cives cauſam nullam habent, ſubditum in eo loco ita arreſtandi, aut pignorandi.

Land=

Landtrecht
Titulus XV. Articulus III.
SUMMARIA.

1. *Status Provinciales Bavaricæ* die drey Landständt *facultatem habent propria auctoritate pignorandi colonos subditos, ut ut jurisdictioni Præfecti Provincialis subjectos, pro præstationibus dominicalibus, jure dominii directi debitis.*
2. *Non tantùm Nobilibus, nobilitatis Bavaricæ capacibus, sed & aliis Landsassiis hoc privilegium competit.*
3. *An etiam possint pignorare subditum, in alia Præfectura, aut Regimine dissitum?*
4. *Si colonus sit subditus hoffmarchialis alterius domini, non pignorabit dominus directus.*
5. *Si dominus directus antè subditum suum auctoritate judicis excusserit, an privilegio suo censeatur renuntiâsse?*

NOn minùs consideratione dignissimum & illud est privilegium, tribus Bavariæ Provincialibus Statibus denen dreyen Landt-Ständten, 1 Prælatis scilicet Nobilibus, seu Landsassiis, & civibus à jure Bavarico contrà vulgatum jus commune, quod aliàs omni modo vetat, ne quis se sine judice vindicet, vel ipse executionem præcipiat, *tot. tit. Cod. ne quis sine judice*, concessum, quòd scilicet von Grundtherrschafftswegen jure dominii directi, in prædiis ad se pertinentibus, etiam extrà suos districtus in præfecturis provincialibus dissitis, pro annuis suis canonibus, & omnibus prætensionibus dominicalibus, jure dominii directi provenientibus (nequaquam verò pro illiquidis, aut aliis debitis, ac prætensionibus) propria auctoritate, judice loci non requisito, per se, vel per suos apparitores, aut famulos etiam domesticos, subditos colonos suos pignorare, & v. g. frumentum excutere, animalia abducere, & etiam per fundos provinciales durch Landtgerichtische Gründt ad suas possessiones, & domus Nobiles transferre; ut non tantùm constat *ex art. 3. ho. tit.* 15. ibi: Es soll auch ein jeglicher Grundtherr, auß den dreyen Ständen, macht haben, auff seinem Guet, oder umb sein Gült, sie sey ein oder mehr Jar angestanden; oder umb seines Guets Recht, one Fronbotten zuzsenden, vermög der Landtsfreyheit. Und die Pfandt über die Landtgerichtische Gründt führen, und tragen lassen, ihme selbs one

one Nachthail und Schaden. & apertiùs in der erklärten Landtsfreyheit *part. 2. art.* 40. Es soll auch den Prälaten, dem Adel, auch Stätten und Märckten, in unserm Obern und Niderland zu Bayrn rc. Die Pfandung umb ihr unlaugbar Güit, sie seyn ein oder mehr Jar, vil oder wenig angestanden, Auch umb guets Bericht vergunt werden, und unsern Ambtleuten ihne die zuwöhrn, nit mehr gestattet, sondern sie mögen durch sich selbs, oder ihr Diener, in obvermeltem fall pfenden, doch daß sie mit den Pfanden Gefahrn, wie Recht und Landtsbrauch ist rc. consulantur, & legantur pluribus hunc articulum 3. illustrantes D. Balthasar. *tit.* 15. *resol.* 1. *n.* 20. *& seq.* illust. D. B. Schmid. *ad art. hunc* 3, & D. Weixner *part. 2. dissert. per tot.* Addimus nos unum vel alterum,
2 quod in praxi dubium videbatur, præprimis, an hoc privilegium pignorationis, tribus Statibus Provincialibus den dreyen Ständten indultum, Nobilibus duntaxat competat illis, qui simul nobilitatis Bavaricæ sunt capaces, die der Edelmans-freyheit fähig seynd, vel an etiam reliquis Nobilibus, & Landsassiis competat, qui privilegiô nobilitatis Bavaricæ non gaudent? D. Balthasar tantùm illis Nobilibus, nobilitatis Bavaricæ capacibus, jus pignorandi emphyteutas permittit *d. n.* 20. *vers. ex quibus constitutionis, in fine:* at, sicut hallucinari eum, dicit illust. D. B Schmid. *ad art.* 3. *n.* 3. ita & verissimum est, hoc jus pignorationum omnibus Nobilibus indistinctè, etiam nobilitatis Bavaricæ non capacibus, omnibúsque Landsassiis, qui in Bavaria aliquod bonum, castrum, aut possessionem nobilem, matriculæ Provinciali insertam. der Landttafel einverleibt competere, eò quòd isti sint Status Landtständt, ad comitia Provincialia Landttäg citentur, homagium præstent, vid. clementiss. Decretum *de dato* 1. *Martij anno* 1641. & sic non minoris quoad hoc conditionis sint, quàm illi Nobiles, qui Bavaricæ nobilitatis prærogativâ gloriantur, tradente, & testante D. Weix-
3 ner *d. locô. n.* 3. Neque illud sine ulteriori probatione, aut deductione nobis persuadebit ille, qui hoc privilegium pignorationis ita debere intelligi, paucos antè menses somniaverat, quòd simul hoc prædium emphyteuticum in ea præfectura debeat esse dissitum, in qua simul possidet vel castrum, vel possessionem nobilem, & sic, si suum bonum haberet in Vohburgensi præfectura, non possit pignorare colonum, in Pfaffenhovensi præfectura situm, dum verba textûs *in art.* 40. *part.* 2. der Erklärten Landtsfreyheit, & *art.* 3. *hoc tit.* similis restrictionis non faciant mentionem, atque etiam ille Nobilis in Patria dynastiam, ein Herrschafft, ad nullam præfecturam regulariter pertinentem, vel cives Civitatum capitalium, ut quæ Civitates pariter intrà nullius præfectu-

ræ terminos recenſentur, hac ratione ſubditos ſuos colonos, alibi diſſitos, pignorare nequirent, præſertim, cùm & praxin obſtare, pluribus exemplis demonſtrari poſſet, atque hinc, quin nobilis, & Landſaſſius colonum ſuum, etiam in aliis præfecturis, & longiùs in alio forſan Regimine diſſitum, poſſit pignorare, hactenùs non vidimus, quid obſit.
Illud quoque certum nobis videtur, jus pignorandi tribus Statibus non 4
competere in colonos ſuos forſan alterius Conſtatûs jurisdictioni, & diſtrictui hoffmarchiali ſubditos, ſed duntaxat in illos colonos, qui Præfectis Provincialibus ſubſunt, ſo mit der jurisdiction Landgerichtiſch ſeynd, tum, quia privilegia citra tertii præjudicium cenſeantur indulta, ut benè loquitur D. Balthaſar *d. loco n.* 26. tum, quòd allegati textus juris Bavarici tantùm de Electoralibus judicibus, und unſern Ambtleüt, & de fundis provincialibus loquantur über Landtgerichtiſche Gründt, tum denique ob verba *art.* 40. *cit. part.* 2. der erklärten Landtsfreyheit *finalis*: auch den vom Adel, Stätten, und Märckten, an ihrem Freyheiten, oder Gebräuchen, wo ſie die haben, unvergriffen. Denique & 5
hoc in praxi tribus Statibus erit advertendum, quòd, licet forſan antecedenter hôc ſuô privilegiô, & jure non fuerint uſi, ſed ad excutiendum colonum judicis Provincialis opem imploráſſe, conſtet, tamen per hoc jure ſuo pignorandi non priventur, ſed eo impoſterùm, ſi velint, uti valeant, ut in Regimine Landiſhutano 1646. ita judicatum eſſe, tradit D. Balthaſar *d. reſolut.* 1. *n.* 27. *& ſeq.*

Landtrecht
Titulus XV. Articulus VI.
SUMMARIA.

1. *Jure communi regulariter neque ad hypothecæ conſtitutionem, neque ad pignus ſcriptura requiritur.*
2. *Convenit jus Bavaricum quoad pignoris dationem.*
3. *Ad hypothecam tamen in Bavaria requiritur ſcriptura.*
4. *Oſtenditur inſignis hujus conſtitutionis Bavaricæ effectus.*
5. *Iſtæ ſcripturæ, & literæ quomodo à plebejis, & à Nobilibus conficiantur, & ſigillentur?*
6. & 7. *Nobiles, & Perſonæ privilegiatæ, ſi ædes, & domus ſuas, in civitatibus diſſitas, hypothecant, aut vendant, an Magiſtratus civicus quicquam prætendere poſſit?*

1 DUplex insignis, & notabilis oritur differentia *ex hoc art. 6.* inter jus Patrium, & commune: prima est; de jure communi neque ad constituendam hypothecam, neque extradendum pignus regulariter scriptura requiritur, sed sufficit, si sine scriptura solo consensu constituta, aut pignus traditum, legitimè possit probari, text. & Int. *in L. contrahitur. 4. ff. de pignor.* ibi: *ideò & sine scriptura si convenit, ut hypotheca sit, & probari poterit, res obligata erit, de qua conveniunt &c. L. pignus. 1. in*
2 *prin. L. si rem. 9. §. 2. ff. de pign. act.* Jus tamen Bavaricum, licèt quoad pignus juri communi concordet, & id sine scriptura conservet, per verba *art. 6. tit. 15.* und nit mit würcklicher Einantwortung underthänig gemacht, & *tit. 16. art. 3.* ibi: Sintemal die würckliche Einantwortung
3 deß Pfands, an statt Brieff, und Sigel ist. Tamen quoad constitutionem hypothecæ discrepat, & expresse jubet, nullam hypothecam (sive generalem, sive specialem, ut probat illust. D. B. Schmid. *ad art. hunc 6. n. 10.*) in Bavaria subsistere, nisi desuper scriptura, seu instrumentum sit erectum. *d. art. 6. hoc tit. 15.* ibi: dem soll der Verpfender, oder Versetzer glaubwürdig Brieff, und Urkundt darumb geben, und
4 sonsten die Verpfendung nit kräfftig seyn. Atque exinde notanter infert clariss. D. Rhat. in eo casu, quo res aliqua, v. g. antè 10. annos Titio hypothecata, hodie tamen primùm literæ desuper conficiantur, intereà tamen tempore intermedio plures hypothecæ ab eodem debitore sint constitutæ, his hypothecariis Titium postponi, eò quòd ejus hypotheca primùm valere ab eo tempore incipiat, quo legitima,
5 & sanctionibus Patriis præscripta ratione fuerit confecta, ut latiùs deducit cit. D. Cancellarius *n. 4. & 5.* Quales literæ autem, & scripturæ censeantur authenticæ, & ad constituendam hypothecam sufficientes, adeò dubium in Patria non est, dum hoc jure personæ plebeiæ omnia sua instrumenta, & scripturas coram judice, & magistratu conficere vel etiam hypothecas suas coram aliis personis jus sigillandi habentibus, aut notario, si aliàs personæ sint privatæ, non tamen rustici, & plebeii erigere valeant, constat *ex art. 20. & 21. tit. 2.* deß Gand-Proceß. & aliàs diximus, personas Nobiles, iisque accenseri solitas, suas obligationes, scripturas, & hypothecas posse inter se propria auctoritate erigere, conficere, & sigillare, vid. D. B. Schmid. *ad d. art. n. 3. & n. 8.* ubi & pacta dotalia vel à plebeiis dicta ratione coram magistratu, & judice, vel à Nobilibus inter se confecta, sufficientia esse, docet, ut in iis hypothecæ ritè constitutæ
6 in Bavaria censeantur, & probentur; Certè haud longum tempus est, quo

quo in praxi Nobilis quispiam præter bona ſua omnia, generaliter hypothecata, etiam ſpecialiter domum ſuam in civitate quadam Bavarica obligaverat, cùm autem pòſt ex urgentibus rationibus creditori commodiùs videretur, in hanc domum tanquam ſpecialem ſuam hypothecam petere immiſſionem judicialem juxta clauſulam obligationi, & conſtitutæ hypothecæ inſertam, Magiſtratus civicus noluit hypothecam ſpecialem agnoſcere, usque dum fuerit ſaltem protocollo inſinuata, & libro, ut dicunt, judiciali, & civico, dem Grundtbuech, immatriculata, ſi non omninò coram ſe, & ſuô ſigillô ſcriptura hypothecaria corroborata; Prout ſimiliter, etſi Nobiles, & perſonæ, ſigillandi jure gaudentes, domus, & ædes ſuas in ejusmodi civitatibus ſitas vendant, & 7
ſuis ſigillis erectum inſtrumentum conficere velint, tamen Magiſtratus civici ſigillationem, & confectionem literarum ſibi vindicare volunt, quod in medio relinquimus, abundans cautela etiam hìc non nocet, quamvis nos non latet, quosdam Nobiles id in Bavaria civitatibus non velle concedere.

Landtrecht
Ad eundem Tit. XV. Art. VI.

SUMMARIA.

1. *Jure communi debitor rem hypothecatam, aut oppignoratam ulteriùs alienare non prohibetur.*
2. *Jure Bavarico creditor moneri, & novus emptor promittere debet, hypothecam priorem non fore immutandam.*
3. *Contraveniens debitor de omni damno tenetur.*

ALteram, quæ ex hoc articulo oritur, differentiam eam aſſignamus, 1
quòd jure quidem communi debitor non obſtante pignoris nexu rei oppignoratæ, ſeu hypothecatæ verus, & plenus adhuc maneat dominus, adeóque rem eam ulteriùs alienare, & vendere non prohibeatur, ſeu creditor, cui res eſt obligata, alienationi conſentiat, & ejusdem notitiam habeat, ſeu non, cùm probabiliter jure communi ſufficere cenſeatur, onus hypothecæ durare, & jus pignoris in omnem emptorem tranſire, text. & Int. *in L. ſicut.* 8. §. *non videtur.* 15. *ff. quib. mod. pignus. L. reſcriptum.* 12. *in prin. ff. & L. ſi debitor.* 12. *Cod. de diſtract. pign.* Perez. *ibidem. n.* 4. latè Bened. Carpzov. *part.* 2. *conſtit.* 24. *def.* 8. *n.* 1. & 2. Jure autem ſtatutario aliud quid obtinet, & debitori rem pi- 2

 gno-

gnoratam, vel specialiter obligatam, vendenti incumbit, ut non tantùm creditori venditionem denuntiet juxta mentem *art. cit.* 6. da er auch hernach solch Pfandt verkauffte, soll er es deme, welchem er es verschriben hat, daß ers verkaufft hab, zu kundt thuen, sed etiam, ut cum emptore, & futuro possessore paciscatur, ut is debitum in sua qualitate citrà ullam novationem, quasi debitor principalis, unà cum re in se suscipiat, & res pignoris nexu maneat ligata, usque dum debitum sit solutum, auch mit dem Kauffer handlen, loquitur ulteriùs *d. art.* 6. deme, welcher das Underpfandt auff den Guet hat, einen Schein zegeben, daß er die Schuldt, darumb daß Guet verpfendt ist, auff sich genommen hab, und dasselb noch fürterhin, wie zuvor, ohne Neüerung, und daß darumb der erste Haubtschuldner, der Schuldt, ehe sie würcklich bezahlt, nit ledig seye, sein des Glaubigers Underpfandt seyn, und bleiben soll &c. cla-
3 riss. D. Rhat. *de contin. diff. juris Bav. & com. assert.* 77. Ita, ut debitor contraveniens, & pignoratam rem, hîs non observatîs vendens, creditori de omni damno emergente plenè satisfaciat, simul à judice arbitrariè puniendus, ut arguunt verba *d. art. 6. finalia:* Thäte er aber solches nit, soll er deßhalben der Gebür nach gestrafft werden, und darzu dem, welchem das Guet versetzt ist, allen Schaden, da er deßhalben einen erlitten, erstatten. vid. illust. D. B. Schmid. *ad d. art.* 6. *n.* 14. 19. & 20. cit. Carpz. *d. part.* 2. *constit.* 24. *defin.* 8. *n.* 8.

Landtrecht

Titulus XV. Articulus VII.

SUMMARIA.

1. *Si de pignoris distractione quid conventum sit, id observari debet.*
2. *Si nihil conventum sit, distrabitur pignus modô, à jure præscriptô.*
3. *Quod si conventum esset, ut pignus non distrahatur, tamen distrahi poterit, suppositîs supponendîs, & præstitîs præstandîs.*
4. *Emptore nullo comparente, pignus creditori adjudicatur.*
5. *Biennium est debitori concessum, intrà quod pignus adhuc potest luere: quod tamen in praxi non amplius videtur receptum.*
6. *Jure Bavarico, si de pignore distrahendo certi quid nihil est conventum, post quatuordecim dies, suô tamen modô, pignus distrahi potest.*
7. *Si autem debitor non est in eodem jurisdictionis districtu, tamen denuntiatio ad ejus domum fieri debet.*

8. Quo

8. *Quo tempore pignus, in re mobili constitutum, distrabatur?*
9. *Intrà quod tempus distrabatur pignus rei immobilis?*
10. *Pignus debet publicè, & plus offerenti vendi, & distrabi.*

CReditor, ut ut pignoris possessi dominus non sit, tamen de jure 1
communi hoc pignus, à debitore in securitatem crediti acceptum, secundùm probabiliorem, & communiorem interpretum opinionem eo præprimis modo distrahere potest, quo forsan est inter debitorem, & creditorem conventum, text. & DD. *in L. cùm solvendæ. 4. ff. de distract. pign.* pacta enim dant legem contractibus *L. penult. Cod. de pact.*
Quòdsi autem nihil sit conventum, debitore in mora constituto, & de- 2
nuntiatione ipsi facta, pignus debitô modô distrahitur, text. *in L. debitores. 10. Cod. de pign. & hyp. L. si in hoc. 14. Cod. de distract. pign.* Ant. Negusanz. *de pign. & hyp. membr. 1. part. 6. princ. n. 6.* Quòd si etiam con- 3
ventum sit, ut pignus à creditore non distrahatur, nihilominùs tamen jus distrahendi, & vendendi est creditori permissum, si scilicet ter creditorem monuerit, & venditionem denuntiaverit, cùm huic pacto hæc insit conditio, modò debitor solverit, quod debet, cùm aliàs pignus sine utilitate magìs esset onerosum, & debitor non nisi cum magnis ambagibus ad solutionem cogi posset, ut benè tradit Ant. Perez. *tit. Cod. de distract. pign. n. 3.* Interpretes *in L. si convenit. 4. ff. de pignorat. act.* & *L. creditoris. 8* & *L. creditor. 13. ff. de distract. pign.* Emptore au- 4
tem nullo comparente, vel non idoneo, qui pretium sufficiens offert, tunc rei oppignoratæ dominium creditori adjudicatur, ita tamen, ut debitor adhuc integrum biennium habeat, ex quo pignus solutione poterit recuperare, text. & Int. communiter *in L. ult. Cod. de jure dom. impetrand.* & *§. contrà autem. 1. Inst. quibus alien. licet.* latè D. Balthasar *pract. resolut. tit. 15. resol. 4. n. 28. & aliquot seq.* Verùm sicut non tantùm 5
hoc biennij tempus, debitori concessum, fermè generaliter in desuetudinem abiisse, vel certè in plerisque locis aliud quid circà distractionem pignorum esse sancitum, refert D. Rhat. *d. tract. assert. 78. lit. A.*
Ita & jus Patrium à jure communi recedit, & in eo casu, quo nullum 6
inter creditores, ac debitorem pactum circà tempus, aut terminum luendi, vel vendendi pignus intercessit, disponit, ut creditor, facta priùs denuntiatione ipsi debitori, si in eodem districtu, seu jurisdictione, ubi de pignore agitur, reperiatur, post quatuordecim dies, à tempore denuntiationis computandos, pignus distrahere, & vendere valeat, *art. 7. tit. 15.* Landtrecht. ibi: Ist aber kein Zeit, oder Frist,

darinn man die Pfandt lösen soll, gemeldet, so mag er sein Pfandt, wie recht ist, verkauffen nach vierzehen Tagen, wem er will; Doch soll er dem, der ihm daß Pfandt versetzt hat, wo er in dem Gericht ist, vor
7 darzue verkünden ꝛc. Si verò debitor in eo districtu jurisdictionali, *ubi* pignora sita sunt, aut ubi agitur, non existat, tunc denuntiatio nihilominùs per creditorem antè venditionem ad domum debitoris, in qua habitare consueverat, fieri debet, per verba *d. art.* 7. und daß er dem, der ihm die Pfandt versetzt, vor zu Hauß und Hof, da er zuwohnen
8 pflegt hat, verkünde ꝛc. Qua denuntiatione ita facta, si pignus sit res movens, & commestibilis ein essentes Pfandt passivè (si enim activè intelligitur res commestibilis, v. g. equus, vacca, bos, tunc sua ratione post tres dies fieri potest ejus venditio juxta *art. fin. tit.* 4. des Gandt-proceß. illust. D. B. Schmid. *ad hunc art.* 7. *n.* 17.) illud post quatuordecim dies, si verò sit res mobilis, & non commestibilis, sed quæ servandò servari potest, ut vas argenteum, post decursum trium mensium,
9 Et si denique pignus in re immobili consistat, post unius anni spatium, à prædicta denuntiatione, ad domum debitoris facta, computandum, à creditore legitimè, & ritè vendi, ac distrahi potest, juxta tenorem *art. cit.* 7. verbis: Were aber der, so daß Pfandt versetzt hat, nit im Gericht, und auch kain Frist, oder Zeit gesetzt, so mag er die essenden Pfandt vor vierzehen Tagen; und andere fahrende Haab, vor Verscheinung eines Viertel Jars nicht verkauffen. Sein aber die Pfandt an auffligenden Guet, mag er die vor Außgang eines Jars auch nicht, wann aber
10 solch Zeit verschinen, dieselben, wie recht ist, wol verkauffen ꝛc. Ita tamen, ut jure Bavarico in omnibus prædictis casibus indistinctè venditio pignoris sub hasta publica, seu magìs, plùs offerenti fiat, doch soll solch verkauffen in allen vorberührten Fällen, durch Mittel der Gandt beschehen ꝛc. quamvis jure communi venditio sub hasta, & plus offerenti non semper fieri debere, tradant Int. aliqui *ad L. creditor.* 4. *Cod. de distract. pign.* Negusanz. *de pig. & hypoth. memb.* 1. *part.* 6. *princ. n.* 47. aliis tamen de hoc jure communi dissentientibus, & sic nullam inter utrumque jus differentiam admittentibus cum Hart. Pistor. *lib.* 3. *q.* 18. *n.* 12. D. B. Schmid. *ad stat. Patr. hoc tit.* 7. *n.* 21.

Landtrecht

Titulus XV. Articulus X. & XI.

SUMMARIA.

1. *In executione actionis realis statim ad rei traditionem proceditur.*

2. *Quo-*

2. *Quomodo jure communi fiat executio sententiæ, in actione personali latæ?*
3. *Quidnam in hoc puncto circà res mobiles, quæ servandô servari non possunt, vel aliàs nutritione indigent, statutum sit in jure Patrio?*
4. *Et quid in Bavaria obtineat circà res mobiles, quæ ætatem ferunt, & impensis non indigent?*

ANteà de pignore conventionali, seu creditori à debitore ipso in securitatem crediti extradito, *hôc articulô* de pignore agitur judiciali, à judice creditori pro satisfactione debiti adjudicato, ubi hanc inter utrumque jus differentiam assignat illust. D. B. Schmid. *ad hunc tit. n.* 10. quòd jure communi inter actionem realem, & personalem inter plures alias ea quoque intercedat diversitas, quòd actione reali decisa, & lite per sententiam finita, statim, & sine mora ad executionem, & restitutionem rei deveniatur, text. *in §. & fi. 2. Inst. de off. jud. L. qui restituere. 68. ff. de R. V.* ibique eleganter, quomodo executio manu militari fieri intelligatur, explicans Joan. Brunneman. *n.* 1. 2. & 3. concordant statuta Patria *leg.* 2. *tit.* 3. Gerichtsordnung: Dum econtrà in decisione actionis personalis, & executione sententiæ latæ debitori saltem aliquod temporis indulgeatur spatium, intrà quod exsolvat, & pignoris captionem evitet, dum inconveniens sit, ut debitor sine ulla mora cum sacco paratus veniat, & debitum exsolvat; hincque jure communi in executione, & captione pignoris judicialis per integros duos menses exspectari, tradunt Int. *ad L. debitoribus.* 31. *circa finem. ff. de re judicata.* Aliud tamen jure Patrio, & expresse est dispositum, ut creditor in rerum mobilium, quæ alimentis, nutritionéque indigent, vel etiam servandô servari non possunt, puta, animalium, tritici, vini, olei, captione si debitor cautionem de solvendo fidejussoribus præstiterit, per 14. dies, si autem non caverit, per tres dies exspectare teneatur *juxta art.* 10. *hoc tit.* 15. ibi: Antwortet man ihm dann essende Pfandt, und thuet der Gepfendt dem Klager, umb die Erkandt Schuld mit Porgen Gewißheit, so soll der Klager mit Vergandtung solcher Pfand verziehen 14. Tag, hat aber der Gepfendt nit Porgschafft, so mag der Kläger dieselben essende Pfandt, innerhalb drey Tagen, doch durch Mittel der Gandt, verkauffen lassen &c. Si autem aliæ res mobiles, ut puta vasa argentea, aurea, vel similes captæ, & creditori adjudicatæ fuerint, per 14. dies retinere, postmodùm, facta debitori denuntiatione, vendere potest: ut habet *art.* 11. *dict. tit.* 15. ibi; Die soll er behalten 14. Tag, in dem Gericht, und solche dem

(margin numbers: 1 beside line 1; 2 beside "dant statuta Patria"; 3 beside "ff. de re judicata"; 4 beside "gen, doch durch")

Ge-

Bayerische Staatsbibliothek München

Gepfendten anbieten, zu Hauß und Hof, ob er sie lösen wöll: löst er sie nit, mag er sie hernach durch Mittel der Gandt verkauffen lassen &c. legatur D. Balthasar. *tit.* 15. *resol.* 7. *n.* 35. & *seq.*

Landtrecht

Titulus XV. Articulus XIII.

SUMMARIA.

1. *Si executio sit in re aliqua immobili, debitor adhuc biennium habet, ex quo rem iterum redimere valeat.*
2. *Id quod in Bavaria non ita censetur procedere, & observari.*

1 SI pro executione sententiæ à judice fuerit creditori res aliqua immobilis pignori capta, & adjudicata, hoc inter jus commune, & Patrium interest, quòd Jure communi etiam post actualem adjudicationem, executionem, & pignoris extraditionem potiùs ex humanitate, & pietate adhuc biennium indulgeatur, ex quo debitor retributîs expensîs, & exsolutô cum usuris debitô, rem immobilem, pignori captam, adhuc luere possit, text. & Int. *in L. vetustissimam.* 3. §. *sin autem.* 3. *Cod. de jure dom. impetrand.* ibi: *& postquàm hoc fuerit subsecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra biennii tempus in suam rem humanum regres-*
2 *sum &c.* ibi Brunneman. *n.* 5. Jure autem Bavarico, dum distractio pignorum creditori regulariter non nisi prævia subhastatione permittitur offentlich vergandten, ut loquitur *art.* 13. doch durch Mittel der Gandt, ut constat *ex art.* 10. 11. & 12. *hoc tit.* 15. quin & eodem Jure Patrio debitori luitio pignoris non concedatur, nisi durante adhuc subhastatione juxtà verba Gandtproceß. *tit.* 4. *art.* 11. ibi: Aber nach eröffneter Erkanntnus ihme ainiger Zugang nit mehr gestattet werden soll, hoc biennii, à Jure communi concessi, tempus non videtur esse receptum, ut benè concludit D. Rhat. *assert* 81. & ex ipso D. B. Schmid. *ad art.* 13. *n. fin.* qui & plura, in hoc titulo 15. notatu digna, deducit.

Landtrecht

Titulus XVI. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Res, uni hypothecata generaliter, potest de utroque jure ulteriùs alteri cuidam hypothecari.*

2. Si

Bayerische Staatsbibliothek München

2. *Si posteriori hypothecæ res non sufficiat, an tamen ea hypotheca posterior subsistat? affirmant plerique Interpretes.*
3. *Negant aliqui, & jus Bavaricum contrarium esse volunt.*
4. *Jus Bavaricum non videtur esse contrarium.*
5. *An res, uni oppignorata, ulteriùs adhuc oppignorari possit?*
6. *Affirmatur, si pignus utrique creditori sufficiat.*
7. *Negant Interpretes, si pignus utrique creditori non sufficit.*
8. *Concordat Jus statutarium Bavariæ.*
9. *An posterius pignus absolutè sit nullum, vel an duntaxat prioris creditoris respectu nullum esse dicatur?*

IN *articulo hoc primo* satis elegans illa controversia examinatur, & deciditur, an debitor rem, jam uni alicui obligatam, & hypothecatam, rursùs, & ulteriùs alteri hypothecare valeat? in hoc utrumque jus & commune, & Bavaricum conveniunt, ulteriorem hypothecam constitui posse, si priori creditori facta sit hypothecatio generalis omnium bonorum, & simul horum valor, ac quantitas onus hypothecæ excedat, *L. si quis. 36. §. sed & 1. in fine. ff. de pign. act. L. & quæ nondum. 15. §. qui res suas. 2. ff. de pign.* ibique Interpretes, concordant sanctiones Bavaricæ *tit. hoc art. 1. in princip.* ibi: Wer sein Haab und Guet einem andern umb ein benantliche Summa Gelts verpfendt, und versetzt hat, und ob dasselb verpfendt Haab und Guet, besser ist, und ein Ubermaß ertragen kan; so mag der Herr deß Pfands, der es versetzt hat, solche Besserung und Ubermaß, einem, oder mehr andern, doch dem ersten an seinem Rechten und Vorgang one Schaden, wol verpfendten &c. Quòd si vero præcedens hypotheca quidem generalis sit, bona tamen hypothecata ulteriori obligationi, seu generali, seu speciali non sufficiant, res non est adeò expedita; plurium Interpretum mens eò inclinare videtur, nihilominùs ejusmodi in sequentem, seu posteriorem hypothecæ constitutionem subsistere, cùm, quia dubium adhuc est, anne bona, priùs generaliter hypothecata, ulteriori oneri sufficiant, nec ne, etenim sæpè plus sperant homines in suis facultatibus, quàm in ijs sit, *§. in fraudem. Inst. quibus ex caus. manum.* tum, quia sub generali hypotheca probabiliter bona etiam futura contineantur, in quorum acquisitione debitor meritò confidit Int. *ad L. fin. Cod. quæ res pignor. oblig.* clariss. D. Rhat. *assert. 83. lit. B.* Cui opinioni, licèt non tantùm acriter se opponat Gomez. *var. resolut. tom. 3. cap. 7. vers. sed certè.* sed & ipsas constitutiones Bavaricas velit contrariari D. Balthasar. *tit. 16. resol. 1. n. 3. vers.*

Margin numbers: 1 (beside "IN articulo hoc primo…"), 2 (beside "…wol verpfendten &c. Quòd si"), 3 (beside "nat Gomez.").

& quin, ea, ut loquitur ex ratione, quòd prædictæ constitutiones Patriæ in *art.* 1. *hoc tit.* 16. duo solummodò distinguant membra, & in primo de hypotheca generali, in secundo de speciali, seu pignore loquantur, ac circà primum membrum ulteriorem hypothecationem, seu oppignorationem concedant, modò bona obligata quantitatem primi debiti excedant: atque sic consequens erit, etiam generalem hypothecam non subsistere, si pro posteriori hypotheca valor bonorum obligatorum non sufficeret; Attamen, cùm hanc juris Patrij *in d. art.* 1. ex-
4 plicationem nec clariss. D. Rhat, nec illustris D. B. Schmid profiteatur, quin & praxis Patriæ sæpiùs, & sæpissimè contraria sit, forsitan prædi-
5 cta plurium Interpretum opinio magis præponderabit. Hactenùs de hypotheca antecedente generali, sed quid si bonum, aut res aliqua priùs in specie hypothecata, & oppignorata est, anne ulteriùs rursùs specia-
6 liter possit hypothecari, seu oppignorari? Id quod in eo casu, quo pignus utrique & antecedenti, & subsequenti oppignorationi sufficit, affirmari oportet *per L. si quis in pignore.* 36. §. 1. *vers. planè si ea res. ff. de pign. act.* Bachov. *de pign. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 1. & cit. Balthasar. *dict. resolut.* 1. *n.*
7 4. Si verò pignus utrique speciali hypothecæ, vel pignori non sufficere constat, debitor, scienter eandem rem pluribus oppignorans, & actioni contrariæ pignoratitiæ, & crimini stellionatûs se facit obnoxium, text. & DD. *in d. L. si quis.* 36. *d.* §. 1. *ff. de pign. act.* Brunneman.
8 *ibidem. n.* 2. *L.* 1. *Cod. L.* 2. *ff. de crim. stellionat.* ibique Int. Concordat jus Bavaricum, ita, ut ejusmodi hypothecâ posteriori improbatâ, nullum priori creditori præjudicium nasci dicatur, per verba *art.* 1. *d. tit.* 16. Wurde aber jemandt ainich special Pfandt, welches kain übermaß ertragen mag, mehr Persohnen hierüber weiter verpfenden, soll solche nachfolgende Pfandtung, nit allain dem ersten ohn Schaden, und Krafftloß seyn, & simul casu quo debitor creditori omne damnum resarcire, atque interesse præstare tenetur, vel pecuniâ, vel pœnâ incarcerationis, ita dolosè versatus, puniendus est, *cit art.* 1. ibi: So soll er die Haubtschuldt sambt allem interesse, Kosten, und Schaden, dem, welchem er nachfolgend die Verpfendung gethan hat, erstatten, und außrichten ꝛc. item, und den verpfender der Gebür nach umb Gelt, oder wo er ein Geltstraff nit vermöcht, oder die sach so gefährlich und bößlich gehandlet were, am Leib mit Gefängnuß, nach Gelegenheit seines Verbrechens, straffen soll. Cæterum verba hæc *art.* 1. soll solche nachfolgende Pfandtung, nit
9 allain dem ersten ohn Schaden, und krafftloß seyn &c. non sunt intelligenda, quasi posterior hypotheca sine viribus, & omninò infirma sit,

sed

ſed tantummodò, quòd reſpectu prioris hypothecæ non operetur, & effectum habeat, benè tamen valida ſit reſpectu aliorum creditorum ſubſequentium, vel hypothecariorum, vel chyrographariorum, ut tradit D. Rhat. *aſſert.* 83.

Landtrecht
Titulus XVI. Articulus V.
SUMMARIA.

1. *Refertur notabilis caſus practicus, in Bavaria ſingulariter deciſus.*
2. *Jure communi aliàs reus abſolvitur actore non probante.*
3. *Juramentum in caſu allegato quale ſit, & an nulla in contrarium admittatur probatio?*

DUm à principio hujus *tituli* 16. usque huc plura decidantur, quæ potiùs ad proceſſum Edictalem pertinent, atque ſic alibi tractantur, illum adducere duntaxat voluimus caſum, qui *hoc art.* 5. examinatur, & ob difficilem intellectum celebris eſt; Sempronius creditor convenit actione hypothecaria Titium, catenæ aureæ, ipſi, ut prætendit, à Cajo debitore obligatæ, poſſeſſorem; excipit Titius, rem eandem à Cajo pro ducentis v. g. eſſe ſibi oppignoratam: quo caſu de jure Patrio, demonſtrata crediti quantitate, Titius ſua ratione victoriam reportabit vel ſaltem ſuô modô ejus cauſa melior, & potior erit, ſi jurejurandô poſſit aſſerere, catenam auream à Cajo debitore ſibi, antè litem motam, fuiſſe obligatam, mit ſeinem Ayd bereden, daß ſolch Pfandt, ehe dann er beklagt worden, ſein Pfandt ohn alle Irrung geweſen ſey, und benennt darzu, umb wievill ihm daß Pfandt ſtehe, ſo ſoll er gegen dem Anklager behabt haben &c. Contrà juris communis ordinationem, 2 ut de quo, ſuppoſitîs etiam circumſtantiîs, quòd rem poſſideat, & debiti quantitatem allegare poſſit, juramentum non imponatur, nec regulariter ei probatio incumbat, ſed actore, intentionem actionis ſuæ non probante, videretur potiùs abſolvendus, text. & DD. *in L.* 2 *ff. de probat. L.* 4. *Cod. de edend.* D. Rhat. *d. loco. aſſert.* 96. *lit. B.* Quamvis & 3 ſi tutô Patriô actori Sempronio per juramentum, à Titio præſtitum, uno ictu jus ſuum non penitùs, & totaliter adimatur, ſed tamen liberum ſit, jus ſuum hypothecæ, & pignoris, anteriori die eſſe conſtitutum, legitima, & in ſanctionibus Bavaricis, articulîs antecedentibûs, præſcripta ratione, probare, juxta *art. cit.* 5. verba finalia: Es wölle dann der

Anklåger, wie vorsteht, bezeugen, daß solch Pfandt ihme zu erst versetzt seye, daß soll er geniessen. Atque hinc illust. D. B. Schmid. *n.* 4. & 5. advertit, hoc juramentum jure Patrio reo convento Titio impositum, potiùs esse purgatorium, quòd scilicet rem sibi fuisse anteà oppignoratam, ostendat, quàm lis mota sit, hócque ut certiùs fiat, simul debiti quantitatem demonstret.

Landtrecht
Titulus XVI. Articulus VI.
SUMMARIA.

1. *Sententia, antè concursum creditorum prolata, progignit obtinenti creditori privilegium personale in Bavaria.*
2. *Jure communi hoc nullibi videtur dispositum.*
3. *Sola sententia definitiva hunc habet effectum.*
4. *Quid si duo, vel plures sententiam definitivam obtinuerint?*
5. *Pariter sententiam, simúlque executionem obtinuisse, oportet.*
6. *Qua ratione obtenta sententia, & executio probetur?*

1 INsignis est illa juris Patrii à communi differentia, quòd res judicata, seu sententia, antè concursum creditorum, seu antè processum edictalem pronuntiata, jure Bavarico creditori privilegium personale adeò tribuat, ut reliquis creditoribus chyrographariis præferatur creditor ille, qui eam sententiam antè obtinuit Gandtproceß. *tit.* 2. *art.* 31. ibi: Also auch hat der, welcher vor dem Gandtproceß von des Schuldners Obrigkeit ein Geschäfft, daß der Schuldner die Bezahlung thun soll, erlangt hat, den Vorgang vor den andern gemainen Glaubigern:
2 vid. thes. nostræ *de process. Edict. cap.* 2. *assert.* 41. *n.* 12. Dum tamen de jure communi nuspiam dispositum inveniatur, quòd res judicata, ut ut antè processum edictalem obtenta, ullam prælationem, aut privilegium inter creditores etiam chyrographarios pariat: text. & Int. *in L.*
3 *in judicati actione*. 61. *ff. de re jud.* Quam juris Patrii singularem constitutionem *hic articulus* 6. *tit.* 16. in pluribus, & præprimis in eo declarat, quòd non quælibet sententia, sed illa demùm prærogativam conferat, quæ definitiva est, per verba *d. art.* 6. so die erst endlich Urthail erlangt haben &c. Dein & eum decidit *d. art.* casum, quo duo, vel
4 plures creditores simul, & semel ob sententiam, & executionem, antè obtentam, præcedentiam prætendunt, ita, ut is demùm præferatur,

ratur, qui prior obtinuit, vel si forsan una die, aut una vice obtinuerint, in tributum vocentur, & omnes pari jure gaudeant, *juxta cit. art.* 6. ibi: jedoch so zween, oder mehr an einem Tag Urthail erlangten, die sollen gleiche Gerechtigkeit der Wehrung haben, clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 86. *lit. C.* Cui accedit, quòd ad hoc, ut quis hôc prælationis beneficiô gaudere velit, non simpliciter sufficiat sententia, in debitorem lata, sed & debuerit creditor actualem obtentæ sententiæ executionem petiisse intra 14. dies, aliàs non ampliùs audiendus, und wer, oder welche, verba sunt *d. art.* 6. Also am ersten behaben, und das dermassen beybringen, der, oder die sollen in den vierzehen Tagen, ungeuärd die Vollziehnng der Urtheil, und ihre Entrichtung begeren &c. quò & faciunt præjudicia Bavar. *fol.* 36. & trad. D. B. Schmid. *ad d. art.* 6. *n.* 6. *& seq.* Quin & illud forsan singulare est, in Patria hanc sententiam obtentam, executionem ejusdem petitam, & sic prælationem inter chyrographarios deberi, & posse probari vel per protocollum judiciale, judicem solum, apparitorem unà cum alio teste, vel per tres testes, omni exceptione majores *per art.* 6. *cit.* ibi: Daß mögen sie mit dem Gerichtsbuch, auch mit dem Richter allain, oder mit dem Fronbotten, und einem andern zu ihme, oder mit dreyen unverleumbten Mannen beybringen &c. ex quo non malè deductum est nuper in quæstione facta, quanta fides habenda sit judici soli, de actu quopiam judiciali testificanti. vid. D. Balthasar. *tit.* 16. *resolut.* 5. *n.* 3. *& seq.*

5 6

Landtrecht.

Titulus XVII. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Cum excurrendi spatium non sit, multa oportet omittere, quæ aliàs dici possent.*
2. *Jure communi commodatarius quomodo, & quando conveniri possit?*
3. *Quando, & qua de culpa conveniatur jure Bavarico?*

MUltæ equidem, ac plurimæ essent controversiæ, quæ *in hoc titulo* 17 von hingeliehnen Güetern, und Widerlegung derselben Schäden tractantur, adeòque ulteriori examinatione, & interpretatione non essent indignæ, ut videre est apud clariss. D. Rhat. *in altera contin. diff. ab assert.* 10. *usque ad assert.* 34. &. D. Balthasar. *tot. tit.* 17. sed, cùm nobis 1

2 bis latiùs excurrendi mens, & occasio non sit, sed id solùm incumbit, ut juris communis, & Bavarici discrepantias referamus; Igitur in hoc differre videtur jus Patrium à legibus juris communis, quòd hoc jure commodatarius actione commodati conveniri nequeat, nisi quid culpæ, vel doli eidem possit imputari, adeóque si ei res commodata sine culpa per vim, vel etiam casu, qui humanâ providentiâ caveri non poterat, v. g. per incendium, naufragium, hostium, vel latronum manus fuerit ablata, jure communi regulariter ab omni exactione sit tutus, text. & DD. *in L. sicut certo loco* 5. *§. nunc videndum.* 2. *L. in rebus commodatis.* 18. *ff. commodati.* §. *item* 13. 2. *Inst. quib. mod. re contrab. oblig.* Arnold. Vinnius *ibidem. n.* 19. Ast jure nostro Patrio commodatarius, ut ut
3 omni culpâ, vel dolô sit immunis, tamen, si non ad totam, aut adeò exactam, saltem pro arbitrio judicis ad subsecuti damni qualem qualem demùm satisfactionem adstringitur, & desuper sua ratione ad æquam aliquam transactionem persuaderi, & cogi potest, *juxta art.* 1. *tit.* 17. ibi: Und wo über solchen seinen gebürlichen Fleiß, und seinethalben unverschuidt, ainiger Schad an dem gelihnen Guet beschehe, so ist der, welcher das Guet entlehnet hat, nichts minders schuldig, sich mit dem, der ihm solches gelihen, nach Zimblichkeit zuvertragen, und abzekommen &c. clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 11. Id quod tamen de eo commodati negotio, quod in solius commodatarii, ut frequentiùs fit, gratiam, & utilitatem vergit, intelligit illust. Juris Patrii Interpres *ad bunc tit. n.* 13.

Landtrecht.

Titulus XVIII. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *In deposito jure communi nec compensationis, nec alia exceptio, vel jus retentionis locum habet, ut probabilis habet sententia.*
2. *Jure Bavarico ob impensas, in rem depositam factas, jus retentionis admittitur.*

1 QUi in deposito nullam neque compensationis, neque aliam quamcunque exceptionem per text. *in L. fin. Cod. depositi*, quin neque ullum nobiscum propter impensas, in rem depositam factas, jus retentionis admittunt, eorum & probabilis, & forsan Justinianeis sanctio-

ctionibus conformior ſententia ex eo fundamento videtur, quia jus retentionis regulariter fieri ſoleat per exceptionem doli. *L. ſumptus.* 48. *ff. de R. V.* & in contractu depoſiti nulla vel deductio, vel doli exceptio opponi poſſit, ut ſtatuit *L. penult. Cod. depoſiti:* niſi inter contrahentes aliud convenerit, ut in terminis docet clariſſ. D. Arnold. Rhat. *aſſert.* 38. Zœſ. *ad ff. tit. depoſiti. n.* 29. (quamvis multi interpretes & non ſine fundamento diſſentiant, *ad L. actione.* 23. *ff. depoſiti*, eò quòd, quidquid actione contraria repeti poteſt, regulariter id, conventus actione directa, poſſit retinere, text. & DD. *in L.* 18. §. *ult. ff. commod.* Jacob. Wiſenbach. *ad. ff. diſp.* 3. *theſ.* 15.) Ideò, ut inter jus commune, & 2
Bavaricum differentiam admittamus, neceſſe eſt, cùm hoc jure expreſsè cautum ſit, ob impenſas, in rem depoſitam factas, poſſe depoſitarium jure retentionis uti, verbis *art.* 1. *hoc tit.* 18. und ihme hierinnen kein Einred, Gegenforderung, oder Anſprach zugelaſſen werden, ausgenommen, da er an ſolch hinderlegt oder vertraut Guet, nothwendigen Unkoſten angelegt hätte ꝛc.

Landtrecht
Titulus XVIII. Articulus III.
SUMMARIA.

1. *In contractibus præſtatur culpa lata, levis, & leviſſima, ac quævis ſuccincte deſcribitur.*
2. *Depoſitarius regulariter de dolo, & culpa lata tenetur.*
3. *Aliquibus caſibus exceptis.*
4. *Jure Bavarico videtur depoſitarius ad culpam latam, & levem adſtringi.*
5. *Diſſentiunt alii etiam de jure Bavarico.*

IN contractibus præter dolum, & actualem malitiam etiam pro circumſtantia, & natura diverſa contractuum modò culpam latam, cu- I
jus finis eſt, non intelligere id, quod omnes homines intelligunt *L. latæ culpæ.* 223. *ff. de V. S.* ſed & culpam levem, ſeu non intelligere id, quod prudentes, & diligentes patresfamilias intelligunt, & demùm culpam leviſſimam, ſeu non intelligere, quod diligentiſſimi, & acuratiſſimi intelligunt, præſtari, conſtat ex text. & trad. DD. *in L. quod Nerva.* 32. *ff. depoſiti.* eleganter D. Parens. *Inſt. lib.* 1. *tit.* 22 *q.* 10. Ex his cul 2
parum ſpeciebus, depoſitarium jure communi inſpecto ex contractu depo-

depositi, ex quo nullam capit utilitatem, teneri regulariter de culpa solùm lata, & dolo, in confesso est, *L. cit. quod Nerva. 32. ff. depositi §. preterea. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Zœs. *ad ff. d. tit. n.* 16. & passim
3 Int. Nisi forsan de majori culpæ præstatione contrahentes convenerint. *L. depositum.* 1. §. *si convenit.* 6. *ff. depositi.* aut, si se forsan depositarius spontè obtulerit, aut mercedem pro deposito acceptet, *d. L.* 1. §. *si quis.* 9. & §. *sæpè. ff. d. t.* pro more suo acuratè, & eleganter clariss. D. Rhat. *assert.* 52. At, cùm jura Patria *tit.* 18. Landtrecht. *art.* 3. his utantur ver-
4 bis: und wirdet die auß mercklicher seiner Versaumnuß, oder Schuld geärgert, beschädigt, entfrembt, verloren, oder verstohlen, also daß er die nottürfftiger und gebürlicher weiß nit verschlossen, versperrt, versorgt, und verwahrt hat ꝛc. Circà culpæ præstationem eadem statuta Patria à prædicto jure communi recedere, & depositarium in Patria ad culpam etiam levem adstringi, arguunt, & solidè probant, cit. clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 50. & illust. D. B. Schmid. *ad hunc art.* 3. *n.* 1. eo potissimùm ex motivo, & fundamento, cùm, quòd prædicta verba mercklicher Versaumnuß, und Schuld, item nottürfftiger, und gebürlicher weiß, secundùm suam naturam, & propriam significationem potiùs culpam levem, & non latam videantur ostendere, tum, & quòd in dubio quandoque potiùs culpa levis venire possit, quàm lata, *arg. L. contractus.* 23. *ff. de R. I.* text. & Int. *in* §. *preterea. Inst. quib. ex mod. re contrah. oblig.* Quamvis contrarium asserat, & nullâ differentiâ inter jus commune, & Patrium admissâ, præallegata hujus articuli verba de culpa duntaxat lata intelligat D. Balthasar. *tit.* 18. *resol.* 2. *n.* 9.

Landtrecht
Titulus XVIII. Articulus IV.

SUMMARIA.

1. *Si artifici, vel opifici res pro certa mercede conficienda traditur, de qua culpa teneatur, & qualis sit contractus?*
2. *De jure Bavarico ejusmodi opifices etiam de culpa levissima teneri, dicuntur.*
3. *Id quod jure Bavarico de rebus duntaxat mobilibus procedere, ajunt.*
4. *De quibus opificibus hoc intelligatur?*
5. *Quidam Interpretes de jure communi idem statuunt, quod de jure Bavarico est dictum.*

Si

SI fulloni pollienda, curandáque vestimenta pro certa mercede, aut sartori consuenda, aut alteri cuidam opifici, vel artifici res conficienda fuerit concessa, esse contractum locationis, constat *ex* §. 1. & §. *item quæritur*. 4. *Inst. de locat. & conduct.* adeóque & eosdem tanquam ex natura contractûs locationis, & conductionis, neque de casu fortuito, neque etiam de culpa levissima, sed duntaxat de culpa lata, levíque teneri, & conveniri posse, tradunt Interpretes *ad* §. *conductor.* 5. *Inst. d. tit. L.* 9. 11. *& sæpiùs. ff. locati.* clariss. D. Rhat. *assert.* 55. *lit. A.* Harprecht *de locat. & conduct. n.* 8. Id quod tamen aliter obtinet in Patria, utpote cùm de jure Bavarico (quamvis etiam hoc jure aliàs in contractu locationis, & conductionis regulariter levis tantùm culpa veniat præstanda *arg. art.* 2. *tit.* 17. Landtrecht) citrà casus fortuitos ejusmodi fullones, sartores, & opifices, ad exemplum cauponum, nautarum, & stabulariorum. *L. nauta.* 5. *ff. naut. caup. stab.* propter utilitatem publicam, ut in conficiendis, curandis, tractandísque rebus alienis sint eò acuratiores, ad culpam etiam levissimam adstringantur, per verba *art.* 4. *hoc tit.* 18. Aber was ausserhalb jetzt bestimbter Fäll, sich begibt, ist der Handwercher, oder Werchmann schuldig, solch empfolchen Haab und Guet zuüberantwortten, und darzu allen Schaden daran erlitten, zegelten, und zewiderlegen. Quod tamen duntaxat de rebus mobilibus locatis, non immobilibus procedere, & in horum locatione culpam duntaxat levem, & latam præstari, arguunt verba *cit. art.* 4. *in prin.* ainig vahrend Haab, oder Guet &c. Quin & illos opifices Handwerchsleut, oder Werchleut, qui ostiatim laborant, auff der Stör, ut loquuntur, & noctu cum suis armis, ac instrumentis domum revertuntur, interdiu apud dominum conducentem remanentes, de levissima culpa non teneri, tradit illust. D. B. Schmid *ibidem. n.* 3. Cœterum, si opinio Brunneman. *ad L.* 13. *ff. locati. in prin.* & colendissimi D. Parentis *lib.* 3. *Inst. tit.* 25. *q.* 12. *ob. un.* qui artifices, fullones, sarcinatores, ut qui de artificio quæstum faciunt, &, ut attentiores sint in reparandis rebus alienis, etíam de culpa levissima obligari, asserunt, magìs placet, nullam oportet admittere inter jus Bavaricum, & commune differentiam.

1 (right margin, beside line 1); 2 (beside "Id quod tamen aliter obtinet in Patria"); 3 (beside "Quod tamen duntaxat de rebus mobilibus"); 4 (beside "oder Werchleut, qui ostiatim laborant"); 5 (beside "Cœterum, si opinio Brunneman.")

Landtrecht
Titulus XVIII. Articulus V.

SUMMARIA.

1. *Olim depositarius rem depositam potuit retinere, si v. g. deponentis creditor depositario id denuntiaverit.*

2. Id quod quidam jure Novellarum immutatum esse, opinantur.
3. Quorum opinionem approbant expresse Statuta Bavarica.
4. & 5. Alii tamen de jure communi aliter sentiunt, & ejusmodi inhibitiones, ut ut extrajudiciales non sine effectu esse, ostendunt.

1 JUre antiquiori cuilibet extraneo, v. g. deponentis creditori licuit, depositario denuntiare, ne deponenti, ut ut revocanti, depositum restituat, sed tamdiu penès se retineat, donec deponens solverit, vel idoneam de solvendo præstiterit cautionem, ita, ut depositario jus retentionis hoc casu fuerit permissum, modò inhibitionem, & denuntiationem sibi legitimè ab alio factam, nec forsan à se clàm procuratam fuisse, juratò possit affirmare. *L. si quis.* 11. *§. quòdsi.* 1. *Cod. depositi.*
2 Quam quidem *cit. legis* constitutionem in jure novo. *Novell.* 88. *cap.* 1. & *Auth. sed jam cautum est. Cod. depositi* correctam, & omnes similes extrajudiciales inhibitiones, & extrinsecas denuntiationes penitùs, & absolutè prohibitas esse, affirmant Interpretes non adeò pauci *ad cit. Auth.*
3 *sed jam cautum. Cod. d. tit.* Gloss. & eam secutus Salicet. *ibidem. n.* 3. Concordant apertè sanctiones Bavaricæ *hoc tit.* 18. *art.* 5. judicialem duntaxat denuntiationem, vel inhibitionem admittentes, verbis: Wirdet in jemands Gewalt ainig Haab, oder Guet, daß ihm zebehalten geben ist, mit Gericht, oder Recht verbotten, so ist der, welcher solch Haab, oder Guet inhat, nit schuldig, die herauszegeben, oder zuüberantworten, es
4 sey dann das Verbott darvor entledigt &c. Verùm, ut ut multi interpretum, *cit. L. si quis.* 11. *§.* 1. *per d. Auth. sed jam cautum est*, quoad extrajudiciales inhibitiones regulariter penitùs correctam, velint, alii tamen etiam gravissimi Int. cum Rittershusio *ad. d. Nov.* 88. *cap.* 1. si ejus mentem benè percepimus, hanc correctionem non ita simpliciter procedere, opinantur, & ejusmodi inhibitionem, etiam extrinsecùs, & non judicialiter factam, non omninò inutilem esse, sed saltem, & sua ratione
5 depositario parere exceptionem aliquam, Q in, si depositarius forsan restituere nolit, potiùs denuntiantem, seu inhibentem omne damnum, & periculum præstare, & illum solùm puniendum esse, affirmant Ant. Perez. *ad tit. Cod. depositi, n.* 14. clariss. D. Khat. *assert.* 58 & 59 quorum sententia, certè subtilis admodùm, sicut in puncto, & apice juris non adeò displicet, meritò in hoc negotio differentiam inter jus commune, & Patrium intercedere, asseritur.

Landt=

Landtrecht
Titulus XIX. Articulus II.
SUMMARIA.

1. *Si verum eſt, quod in Patria in depoſito culpa lata, & levis præſtetur.*
2. *Tunc conſequitur, etiam in depoſito ſequeſtrario eandem culpam præſtari.*
3. *Præſertim, ſi ſequeſter mercedem accipiat.*
4. *Id quod aliqui duntaxat de caſu omiſſionis intelligunt.*

Cùm ad *titulum præcedentem art. 3.* unà cum præcipuis juris noſtri Patrii Commentatoribus eam agnoverimus inter jus commune, & Patrium diſcrepantiam, quòd de jure communi depoſitarius duntaxat de culpa lata, & dolo teneatur, econtrà de jure Patrio in depoſito levis quoque culpa veniat præſtanda ob verba *cit. art.* 3. ibi allegata; ita &, cùm *in hoc art.* 2. *tit.* 19. Landtrecht, Sereniſſimus Bavaricus Legis- 1
lator iisdem fermè terminis utatur, queîs locutus eſt *in d. art.* 3. *tit.* 18. & ſimili modo de ſequeſtro, ſeu, cui depoſitario res ſequeſtrata erat depoſito data, dicat: da auch der erwöhlte ſequeſter in ſeiner Verwaltung gefährlich, oder auß mercklichem Unfleiß, was verſaumet, welches dem obſigenden Theil zu Schaden geraichet &c. ideò, & conſequenter tradimus, etiam in depoſito hoc ſequeſtrario depoſitarium præter dolum, & culpam latam, etiam de levi culpa adſtringi, & ſic de hac quoque parti læſæ per viam transactionis debere ſatisfacere, ſoll er ſich, verba ſunt *d. art.* 2. mit demſelben, deßhalben zu vergleichen ſchuldig ſein: præſertim, ſi ſequeſter ſimul pro re cuſtodienda mercedem accipiat *arg. art.* 3. *hoc tit.* 19. Landtrecht. ibi: ein zimblicher, gebührlicher, und leidenlicher Lohn &c. vid. clariſſ. D. Rhet. *d. tract. aſſert.* 76. quæ tamen cuncta de culpa omiſſionis intelligit, & ſi culpa commiſſionis concurrat, etiam ejusmodi depoſitarium ob culpam leviſſimam ex *L. Aquilia* teneri, ſcribit Illuſt. D. B Schmid. *hoc locò. n.* 5.

(Margin numbers: 1 beside "Cùm ad titulum…", 2 beside "& , cùm in hoc art. 2…", 3 beside "tit. 19. Landtrecht. ibi…")

Landrecht
Titulus XIX. Articulus V.
SUMMARIA.

1. *Sequeſtratio judicialis ceſſat, quando debitor pignora, & fidejuſſores offert, ac ſiſtit.*

2. *Id quod utrumque commune, & Bavaricum jus disponit.*
3. *Jus Bavaricum cautionem juratoriam non sufficere, censet.*
4. *Cautio juratoria jure communi non reprobatur.*

1 Cùm jura Bavarica *in art. 5. tit. 19.* Landtrecht, sequestrationem judicialem aut non admittant, aut omninò factam revocari jubeant, quando reus conventus vel pignoribus, vel fideiussione creditorem suum reddat securum, verbis: wann der beklagt, gegen dem die sequestration von Rechts wegen mag fürgenommen werden, vor, oder nach beschechener sequestration mit Porgen, oder mit Pfandten rc. solche Versicherung thuet, die nach Erkantnuß deß Richters gnuegsamb ist, alsdann soll die sequestration underlassen, oder da sie allberait beschechen, alsbalden wider aufgehebt, und abgethon werden &c. A jure communi non
2 videtur discrepare, sed planè omninò convenire, text. *in L. si quando. fin. Cod. de ord. cognit. L. si fidejussor. 7. §. si satisdatum. 2. ff. qui satisdare coguntur.* Int. *ibidem.* & Mynsing. *cent. 5. observ. 35. n. 7.* Mæv. *part. 3. dec.*
3 *275.* Ast in hoc à iure communi recedunt, quòd præallegatæ constitutiones Bavaricæ *in d. art. 5.* cautionem iuratoriam ad impediendam, vel revocandam sequestrationem insufficientem censeant, verbis: dann in disem fall die caution mit dem Ayd nit gnueg ist &c. dum tamen iure
4 communi Cæsareo hæc eadem cautio iuratoria non reprobetur, quin, si persona sit honesta, & fide digna aliàs, sicut & in aliis casibus utroque jure idonea sit, text. & Int. *in cap. 7. de donat. inter vir. & uxor.* And. Gail. *lib. 1. observ. 148. n. 5.* Mynsing. *cent. 2. observ. 11. per totam.*

Landtrecht

Tit. XIX. Artic. VIII. & seq.

SUMMARIA.

1. *Jure communi arrestationes, & pignorationes, vel omninò non, vel sine causa non sunt permissæ.*
2. *Jure Bavarico, sua tamen ratione, & pignorationes, & arrestationes admittuntur.*
3. *Interest in Bavaria, an indigena, vel an extraneus debeat, aut petatur arrestari?*
4. *Duo Bavari extrà Patriam non debent petere arrestari, aut detineri.*
5. *Neque in Bavaria licet arrestum petere coram judice, cui neuter est subjectus.*

6. Con-

6. Contravenientes subditi puniuntur, & contravenientes judices de syndicatu tenentur.

QUamvis jure communi scripto regulariter, & pignorationes, die Pfandtschafften, oder Pfandtungen, & arresta quoque, arrestiren, anhalten, oder in Verbott nemmen, vel omninò prohibita, vel non sine prævia sufficienti cognitione permissa sint, vel etiam præcipitari non debeant, cùm regulariter processus ab executione, vel arrestatione inchoandus non sit, text. & Int. *in L. nimis properè. 1. Cod. de execut. rei jud. L. si nulla. ff. de re jud. L. un. Cod. de sequest. pecun.* Jus tamen Bavaricum sua ratione tam pignorationes, quàm & arrestationes concedit, hoc discrimine interveniente, quòd pignorationes non nisi in causis liquidis, & confessatis admitti, & fieri debeant, juxtà expressum *art. 1. tit.* 15. Landtrecht. ibi: daß der, den Man zupfendten begert, der Schuldt bekendtlich, oder wissentlich schuldig worden sey, arresta autem, etiam causis nondum liquidis, quin & si debitor fuerit in principio inficiatus, indulgeantur, modò creditor verisimilem, & apparentem probationem, v. g. instrumentum obligationis possit in judicio proferre, ut insinuatur *in hoc art.* 8. *tit.* 19. ibi: soll die Obrigkeit wol in acht nemmen, ob der Klager alsbalden glaubwürdigen schein, und anzaig seiner Klag für bringe, oder nit &c. item sonsten aber da die Forderung scheinbar und glaubwürdig &c. latè clariss. D. Rhat. *assert.* 78. Similiter & illud singulare est, quod jure Bavarico cavetur, illum creditorem, qui arrestum petit decerni contrà indigenam, & patriotam, da der arrestiert im Landt angesessen, debere suam prætensionem, & creditum intrà tres dies coram judice deducere, & probare, innerhalb drey Tagen soll beweisen, und wahr machen, ut verba sonant *d. art.* 8. si autem arrestô detentus sit extraneus, debitúmque neget, creditor intrà 24. horas suam intentionem, vel ab una meridie ad alteram deducat, & demonstret, juxtà *d. art.* 8. soll Richter mit Anhörung Klag, und Gegenred, von einem Mittag zum andern, da es der arrestiert begert, Recht ergehen lassen, wie Gast Rechtens recht ist &c. Cœterùm hæc arrestatio, Jure Patrio omnibus subditis concessa, ut non tantùm invicem, & inter se, sed etiam extraneum, forsan deprehensum, coram Judice suo, aut Magistratu civico (de quo civitatum privilegio suprà) possint arrestari petere, duas insignes limitationes recipit, præprimis, ut indigenis nequaquam liceat, sed severè sit prohibitum, ne extrà Provinciam, & Patriam invicem, petant odiosô arrestô detineri, nisi forsan

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (at "Jus tamen"), 3 (at "Similiter"), 4 (at "Cœterùm").

aliud inter ipsos sit conventum, aut periculum sit, debitorem in Patria ampliùs non reperiendi, ut limitat *art.* 9. *hoc tit.* 19. die Innländer sollen sich deß Rechtenß im Landt benügen lassen, und keiner dem andern ausser Landts verbieten, es were dann die Bezahlung ausser landts versprochen worden, oder zubesorgen, daß der Schuldner nit mehr in daß Landt kommen möchte. Altera exceptio ea est, quod etiam in Patria subditis,
5 & civibus invicem, & inter se non liceat arresta petere, & obtinere côram Judice, & Magistratu, cui neuter, nec debitor, nec creditor, arrestum petens, subest, ita, ut ab ejusmodi judice non suo ad judicem competentem, & ordinarium debeant remitti, nisi & forsan singulari pacto, illo in loco, aut ubique deprehendendus, solutionem promisisset, ut arguit text. *in art.* 10. *hoc tit.* ibi: vor einer Obrigkeit, under deren kein Theil gesessen ꝛc. item allda kein theil Burger ist, soll fürterhin dergleichen Verbott nit mehr bewilligt, sonder die theil für die ordenliche Obrigkeit gewisen werden ꝛc.
6 Sed cùm hoc jure & subditi ipsi, & Judices, ac Magistratus certè sæpissimè excedant, & illi, vel ob favorem alicujus judicis, hi ob sportulas, & expensas judiciales, quas lautè expetunt, soleant frequenter, vel etiam extrà Patriam, vel frequentiùs in Patria coram non competente Magistratu sui concivis, vel consubditi arrestationem petere, quid tunc juris? planè ejusmodi excedentes & Judices pessimè errare, & de syndicatu teneri, asserit clariss. D. Rhat. *assert.* 81. *in fine.* & subditos, dein domum revertentes, à suo Judice competente egregiè, & condignâ pœnâ puniendos censemus, & punitos fuisse non una vice meminimus.

Landtrecht

Titulus XX. Articulus I. & seq.

SUMMARIA.

1. *Spoliatus de omni jure præprimis est restituendus.*
2. *Quando detur actio vi bonorum raptorum, & quando interdictum unde vi?*
3. *Actio vi bonorum raptorum in Patria non datur in quadruplum.*
4. *Qui auffert rem violenter, quæ ipsius est, incidit in* L. 7. Cod. unde vi, *etiam in Bavaria.*
5. *Sufficit ad hoc de jure Bavarico, spolium incboatum esse.*
6. *Jure communi videtur requiri spolium consummatum.*
7. *Bavarico jure incidit in d. L.* 7. Cod. unde vi. *sive rem mobilem, sive immobilem spoliaverit.*

8. *Vide-*

8. *Videtur istius* Legis. 7. Cod. unde vi. *dispositio adhuc esse in usu.*

IN hoc constitutiones Bavaricæ cum Justinianeo jure conveniunt, spoliatum, & vel feudô suô depulsum, vel re sua privatum, antè omnia debere restitui, neque antè ad ullam responsionem cogi posse de causa, & lite principali, nisi debitô fuerit modô restitutus, text. & Int. *ad Can. redintegranda.* 3. *caus.* 3. *q.* 1. & *in tot. tit. juris Can. de restitut. spoliat. L.* 1. *ff. de vi, & vi armata.* Stat. Bav. Landtrecht. *tit.* 20. *art.* 1. quin etiam restitutio completa non est, nisi facta sit cum resarcitione omnis damni dati cum omnibus fructibus, cæterísque compendiis perceptis, percipiendísque, text. & DD. *in L.* 1. *cit.* & *L. interdicto. ff. de vi, & vi armat.* Menoch. *de recup. possess. remed.* 1. *n.* 44. Int. *ad cit. Can. redintegranda.* 3. *caus.* 3. *q.* 1. Stat. Patria *hoc tit.* 20. *art.* 3. Pariter & hoc utroque 2
Jure est receptum, ex spolio, in re mobili commisso, actionem vi bonorum raptorum, & in re immobili commisso, interdictum unde vi spoliato competere, text. & Int. *in L.* 1. *§.* 3. *ff. de vi, & vi armata.* §. 6. *Inst. de interdict.* & *tot. tit. de vi bonorum rapt.* Stat. Bavar. *d. tit.* 20. In hoc 3
autem jura Patria à Jure communi discrepant, quòd actio vi bonorum raptorum regulariter detur ad quadruplum per *L.* 2. § 22. *ff. vi bonor. rapt. in prin.* & §. 2. *Inst. eodem.* ibíque passim Interpretes: Jure verò Patrio vi rem mobilem aufferens præter pœnam, à Judice irrogandam, parti spoliatæ duntaxat ad duplum teneatur, *per art.* 2. *tit. hoc* 20. ibi: und ihm daß der Anworter mit der Zweygúlt widergelten, und dem Gericht die Bueß verfallen sein. Rursùm in hoc conveniunt utraque Jura, quòd 4
ulteriùs in favorem spoliati, & odium spoliatorum, & vis illatæ illud quoque constitutum sit, ut spolians, si rei, quam tollit, vel à qua possessorem depellit, dominus est, vel quasi, aut aliud ipsi in eadem re, vel fundo jus competat, in pœnam suam condignam, vel dominium, vel quasi, aut aliud quodvis, quod habet, Jus eo ipso amittat, text. apertus *in L. si quis in tantam.* 7. *Cod. unde vi.* ibique Int. passim. Statuta Patria Landts und Pollicey-Ordnung. *lib.* 5. *tit.* 6 *art.* 1. ibi: sonder auch zumaln all sein Recht und Sprúch, den er zu dem von ihme abgenommen, oder angegriffnen Guet, oder der Person gehabt, oder zuhaben vermaint, hierdurch gentzlich verworcht, und verloren haben. Rursùm & in hoc etiam discrepare videtur Jus Bojorum à communibus 5
legibus, quòd de jure communi, juxta plurium Interpretum sensum, tunc spolians in *L. si quis in tantam. Cod. unde vi* incidat, quando spolium non tantùm inchoavit, sed consummavit, & rem actu abstulit,

6 vel ſpoliatum actu poſſeſſione fundi ſui deturbavit, Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 9. *n.* 160. & 163. Jura tamen Bavarica non tantùm ſpolium conſummatum, & perfectum, ſed & inchoatum duntaxat prædicta ratione, & dominii, vel juris, aliàs in re competentis, amiſſione puniant, juxta verba antè memorata allegati ſtatuti Landts und Pollicey-Ordnung: abgenommen oder angegriffnen Guet, ut, conſideratîs ipsîs verbîs textûs, benè advertit clariſſ. D. Rhat. *aſſert* 86. quamvis hanc differentiam illuſt. D. B. Schmid. *ad art.* 1. *hoc tit. n.* 25. agnoſcere non

7 velit. Qui tamen & ipſe in ſequenti *n.* 27. aliam, & hanc addit inter utrumque jus intercedentem differentiam, quòd Bavarico jure ſpolians incidat in pœnam *L. ſi quis in tantam.* 7. *Cod. unde vi*, ſive ſpolium forſitan commiſerit in immobili, ſive in re mobili, cùm citatus textus der Landts und Pollicey-Ordnung utramque intelligat, & per verba Haab res mobiles, oder Guets res immobiles denotet, ut ut aliàs jure communi, ſicut nec interdictum unde vi, ita nec diſpoſitio *L. cit. ſi quis. Cod. unde vi*, de re mobili, ſed duntaxat de re immobili intelligenda opinetur,

8 idem cit. D. B. Schmid. *d. locô. n.* 27. Cœterùm, quòd docent aliqui cum Georg. Everhard. *vol.* 2. *conſil.* 7. *n.* 6. Ant. Perez. *ad tit. Cod. unde vi. n.* 31. ſæpiùs allegatæ. *L. ſi quis in tantam. Cod. unde vi*, in Germania noſtra uſum non ampliùs eſſe; & in Patria noſtra fateatur cit. D. B. Schmid. *ad d. art.* 1. *tit.* 20. *n.* 23. ſe per quadraginta annos, queis omnia dicaſteria Bavariæ tranſiiſſet, nunquam recordari, ullum caſum contigiſſe, quo ſpoliato dominium, aut jus, in re ſpoliata competens, ſpoliatori ex *L. cit.* 7. *Cod. unde vi* fuiſſe adjudicatum: Nos ita ſimpliciter non credimus, tum, quia tam in Receſſibus Imp. *de anno* 1521. *tit.* wie es in Irrung der poſſeſſion &c. quàm, & ſtatutis Bojariæ, & Saxoniæ expreſſa, & acurata ejusdem *Legis.* 7. *ſi quis in tantam. Cod. unde vi* fiat mentio, tum, quia & ſecundùm hanc legem judicatum eſſe, teſtetur Joan. Brunneman. *ad d. L. n.* 10. Quin & nos ipſi in praxi antè tres annos ſuper ſpolio, ab aliquo ruſtico in vicinia inchoato, & conſummato, libellum ex interdicto unde vi, & ex *L. ſi quis in tantam. Cod. unde vi.* formavimus, atque ſententiam avidè exſpectaviſſemus, niſi lis per transactionem poſtmodùm fuiſſet ſopita.

Landtrecht
Titulus XXI. Articulus III.

S U M M A R I A.

1. *Ad contractum emphyteuticum de jure communi non pauci ſcripturæ interventum requirunt.* 2. *Alii*

2. *Alii tamen duntaxat de meliori probatione scripturam requirunt.*
3. *Jure Bavarico Scriptura requiritur de substantia.*
4. *Dantur tamen casus, ubi & in Bavaria non requiritur scriptura de substantia.*
5. *An saltem præscriptio suppleat defectum scripturæ in Patria?*

AN ad contractum emphyteuticum de essentia, seu substantia, ut loquuntur, scriptura requiratur, controversia eò major est, quò magis interpretes inter se se dissentiunt; etenim multi affirmant cum Sichard. *ad L.* 1. *Cod. de jure emphyt. n.* 32. eo ex fundamento potissimùm, quòd primùm *cit. L.* 1. *Cod. d. tit.* in terminis legatur: *scriptura interveniente*, cui accedunt Brunneman. *ibid. n.* 4. Bened. Carpz. *part.* 2. *constit.* 39. *def.* 7. *n.* 6. & alii. Multi autem, & nostrô judiciô, satis benè scripturam non quidem de substantia, attamen de meliori, faciliorique probatione ad contractum emphyteuticum requiri, & hac ratione tum præallegatam *L.* 1. *Cod. de jure emphyt.* verba: *scriptura interveniente*, tum & alios, qui videntur contrarii, textus intelligi, ostendunt cum Harprecht. *ad §. adeò.* 3. *Inst. de locat. & conduct. n.* 58. *& seq.* Ant. Perez. *Cod. de jure emphyt. n.* 2. D. Parente *lib.* 3. *Inst. tit.* 25. *q.* 14. & clariss. D. Rhat. *assert.* 97. *lit. B.* Quorum sententia jure communi, præsertim in praxi prævalente, differentia non immeritò statuitur inter jus Patrium, & commune Justinianeum, cùm jure Bavarico expressè scriptura, & instrumentum ad contractum emphyteuseos desideretur *in art.* 3. *tit.* 21. *ibi*: daß soll dem Mayr, wo er nicht glaubwürdige Brief, und Sigl darumben hat &c. wider seinen Herrn, kein Nutz und Gwer fürtragen; Sed tamen hoc non ita intelligendum, quasi in Patria nullus sit casus, ubi emphyteusis alia ratione, quàm scripturâ, non possit probari, quid enim, si belli injuriâ literæ ablatæ, quid si incendiô sint consumptæ, quid si alia ratione deterioratæ, & temporis vetustate attritæ sint, ut legi non possint? quid si à muribus rosæ, aut alia ratione sint vitiatæ? His sanè, & similibus casibus alia quavis legitima ratione emphyteusis probari, & quidèm in Patria, si inter 6. menses deduci possit, dominus directus alias scripturas, & instrumenta emphyteutica tenebitur substituere, per text. expressum *in art.* 14. *hoc tit.* 21. Landtrecht. ibi: weren aber die Brief von alter, oder von unglück (daß man sie nit mehr lesen, noch erkennen möcht) abgangen, oder gar verdorben, die soll der Herr verneuen, wann der Mayr, wie recht ist, beweisen mag, wie die Brief gestanden seind, und soll daß geschehen in 6. Monaten rc. At mittimus hoc, & illam addimus controversiam arduam, & de jure Patrio satis ancipitem, anne

1 (beside "AN ad contractum ... utlo-"), 2 (beside "39. def. 7..."), 3 (beside "Rhat. assert. 97..."), 4 (beside "ubi emphyteusis..."), 5 (beside "und soll daß geschehen...")

ex hoc, quòd antè allegatus *art. 3. hoc tit.* dicat, wider sein Herrn kein Nutz, und gwer fürtragen, tantùm præscriptio longi temporis, & ordinaria 10. vel 20. annorum, vel anne etiam præscriptio longissimi temporis sit exclusa, & subdito alleganti nihil prosit? duntaxat præscriptionem longi temporis *in hoc art.* Bavarici juris intelligi, & sic allegationem præscriptionis longissimi temporis subdito emphyteutico in emphyteuseos probatione prodesse, docent in theoria, & puncto juris satis probabiliter aliqui cum colendiss. D. Parente *tract. de jure emphyt. cap. 2. assert.* 15. tum, quòd verba Nutz, und Gwer solùm præscriptionem longi temporis, Verjährung autem præscriptionem temporis longissimi in Patrio jure soleant denotare, tum, quòd, si statutô præscriptio annulletur, id tantummodò de præscriptione longi, non autem longissimi temporis sit intelligendum per ea, quæ docet And. Gail. *lib. 2. obs.* 160. *n.* 1. & 2. quò & in theoria inclinat clariss. D. Rhat. *assert.* 98. verùm, ut hic ipse cit. D. Rhat. hanc opinionem in praxi ad obtinendam victoriam satìs difficilem esse fatetur *d. assert.* 98. *lit. E.* ita & verbis *in cit. art.* 3. generalibus kein Nutz, und Gwer, magìs convenienter statuit illustris D. B. Schmid. præcitatis verbis omnem præscriptionem, & sic utramque tum longi, tum longissimi temporis præscriptionem esse exclusam, *ad d. art.* 3. *n.* 4. ut ut de præscriptione temporis immemorialis meritò subsistamus.

Landtrecht
Titulus XXI. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *Ad contractum emphyteuticum scriptura adeò requiritur, ut alia ratione vix probari possit.*
2. *Scriptura deficiente præsumitur esse emphyteusis alterata, vel locatio, & conductio.*
3. *Aliqui locationem ad longius tempus tribuere aliquod jus reale, de jure communi asserunt.*
4. *Sententia contraria, suô modô, videtur juri conformior.*

1 QUin imò non solùm scriptura, & instrumentum, super contractu emphyteutico erectum, ad emphyteuseos probationem jure Bavarico necessariò requiritur, sed & insuper, & ulteriùs hoc Jure Patrio dispositum est, eum, qui forsan defectum scripturæ testibus supplere, &

& his contractum emphyteuticum inter dominum, & se se intercessisse, probare velit, intentionem suam minimè consequi, sed eo ipso hunc contractum tantummodò in vim emphyteuseos alteratæ einer Freystüfft, 2
vel locationis & conductionis (ut quæ negotia testibus demonstrari possunt per *art.* 4. *hoc tit.* 21. Landtrecht) valiturum, juxta notabilem *art.* 6. *hoc tit.* 21. dispositionem, ibi: wurden aber nit Brief auffgericht, so soll kein Weisung mit Zeugen (ausser deß Bestandts auff drey Jar) statt haben, sondern die stifft nur für ein blosse Freystüfft, oder Bestandt auff ein Jar gehalten werden 2c. Et cùm hæc ita sint, atque subdito ad probandam emphyteusin neque testes producti, neque complurium, 3
ut antè dictum est, annorum possessio proficiant, at alteratam duntaxat emphyteusin, vel locationem, quæ nullum Jus reale, vel dominium progignunt, evincant, illustris D. B. Schmid. *ad art.* 6. *cit. n.* 3. aliquam deducere conatur differentiam ex eo, quòd Jure communi inspecto locatio ad longius tempus facta etiam sine ulla scriptura aliquod Jus reale, aut utile dominium videatur producere per text. *in L. Prætor ait.* 1. *§. qui superficiem.* 1. *&* §. *quia autem.* 6. *ff. de superfic. L. agri.* 1. *in fine. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pet.* Verùm, cùm nobis contraria sententia, quòd etiam locatio ad longius tempus, puta ad 10. annos, facta, 4
nisi concessio aliud quid cantet, nullum Jus reale, aut aliquod dominium regulariter, tribuat, videatur juri convenientior, cit. illustri Domino assentiri non possumus, text. & Int. *in L. qui fundum.* 32. *L. non solent.* 39. *ff. locati. L. malè agitur.* 2. *Cod. de præscript.* 30. *an.* colendiss. D. Parens. *tit. de locat. q.* 4. Zœs. *ibidem. ff. n.* 14. & alii.

Landtrecht

Titulus XXI. Articulus VII.

SUMMARIA.

1. *An, & quomodo fundus, aut prædium, ad Ecclesiam spectans, possit infeudari, vel in emphyteusin concedi.*
2. *Conveniunt sua ratione Jus commune, & Bavaricum.*
3. *Contractus vitalitius est in Bavaria exceptus.*
4. *An consensus Domini Territorialis requiratur ad constituendum vitalitium contractum? remissivè.*
5. *Successor in beneficio, aut Parochia an teneatur stare infeudationi, & emphyteusis concessioni, ab antecessore factæ?*

6. *Excipiuntur in Patria prædia, & mansi Parochiales, die Widem Höf, dicti.*

7. & 8. *Duplex est species horum prædiorum, & fundorum.*

1 DUm articulus iste sua ratione de rebus Ecclesiæ alienandis, vel potiùs de prædiis, & fundis, ad causam piam reversis, agat, duplex insignis est in Patria nostra singularitas, seu exceptio, prima est, quòd aliàs nullum prædium, vel fundus, etiam ad Ecclesiam reversus, aut forsan Ecclesiæ legitimô modô apertus, ut ajunt, regulariter à Prælato, Parocho, Beneficiato, aut Rectore Ecclesiæ in feudum dari, in emphyteusin concedi, aut alia ratione alienari possit, nisi canonicæ solennitates fuerint adhibitæ, vel nisi res sit antiquitùs jam infeudari solita, aut emphyteutica, & sub iisdem conditionibus, & forma antiqua ulteriùs in feudum, aut emphyteusin eo modo, quo antè erat constitutum, rursùs detur, & concedatur, text. & Can. passim *in Cap. nulli.* 5. *de reb. eccles. alien. Clement. unica.* & *Extravag. ambitiosæ. eodem tit. de reb. eccles. alien.* And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 161. *n.*
2 3. 4. & 5. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 47. Subscribunt jura Provincialia *hoc tit.* 21. *art.* 7. verbis: Soll man sie ohne Zierlichkeit der Rechten, welche in Verenderung der geistlichen Güter erfordert werden, anderst nit, dann solcher massen verleihen, und verstifften, daß sie mit mehrer Ge-
3 rechtigkeit nit beschwert werden &c. Attamen de jure Bavarico contractus vitalitius est in terminis exceptus, ita, ut nova ejus constitutio in Bavaria etiam sine solennitatibus canonicis censeatur permissa, ut arguunt verba *cit. art.* ausgenommen, da man ein Leibgeding geben wolt &c. Id quod in Comitiis Provincialibus, *annò* 1577. sub Serenissimo Duce Alberto sapiente pientissimæ memoriæ celebratis, Prælati singulariter obtinuerunt, ut eò fideliores famulos habeant, si eos concessione vitalitii valeant remunerari, de qua tamen difficultate vid. D. Rhat. *assert.* 101. & illustris D. B. Schmid. *n.* 2. *art.* 3. ubi principaliori difficultati sese videtur velle subtrahere, vel saltem eam decidendam aliò reservare, ergò & Nos diutiùs eidem inhærere, vel immorari non cu-
4 pimus. Id solummodò ex eodem illustri Domino *n.* 7. annotantes, in ejusmodi reinfeudatione, aut ulteriori emphyteuseos constitutione consensum Serenissimi Domini Territorialis non desiderari, cùm & solennitates reliquæ canonicæ non requirantur. Alterum singulare illud
5 est, quòd, licèt ex primùm dictis consequatur, per ejusmodi etiam sine solennitate canonica, sub antiqua forma, & conditione factam feudi,

feudi, emphyteusisque concessionem successorem quoque Prælatum, parochum, aut beneficiatum adstringi, ut eidem omninò stare debeat. *Cap. 2. de feud.* & tradita Canonistarum, quibus & concordant Statuta Patria *in d. art.* 7. verbis: Da aber die Verstifftung altem Gebrauch nach beschicht, sein alsdann die nachfolgende Prælaten, Verwalter, Pfarrer, und Beneficiaten, solche zehalten schuldig, allermassen, als wann sie es selbs verstifft hetten &c. Tamen hoc eodem jure Patrio notabiliter, & expressè excipiantur prædia illa, & mansi parochiales die Widemhöf dicti, juxta verba *art.* 7. finalia, ex annotatione in fine Statutorum Bav. ex mendis, & erroribus supplenda, doch ausgenommen der Widemhöf. Quorum prædiorum Widemgüeter, cùm duplex sit conditio, una eorum mansorum, quæ ad Ecclesiam pertinent, & à reliquis rebus, ac fundis ecclesiasticis non adeò distinguuntur, atque sic etiam hos mansos Ecclesiæ posse antè dicta ratione in feudum, & emphyteusin concedere, ut omnis subsequens administrator teneatur, si antiquâ formâ, & sub prioribus conditionibus fiat, ut benè advertit D. B. Schmid. *n.* 4. Altera species der Widemgüeter est eorum fundorum, qui ab antiquo tempore Parochis ad congruam, & meliorem sustentationem à Serenissimis Principibus terræ, vel ipsorum consensu fuerunt concessi, jurisdictioni temporalium dominorum, & oneribus communibus, angariis, & perangariis, imò & steuris, ac collectis (ut plurimis exemplis in Bavaria demonstratur) sunt subjecti; & de his propriè hæc exceptio erit intelligenda, ita, ut, cùm ad quotidianam sustentationem pertineant, antecessori Parocho jus non sit, successori rem facere deteriorem.

(Right margin: 6 — beside "selbs verstifft hetten &c. Tamen…"; 7 — beside "eorum mansorum…"; 8 — beside "Altera species…")

Landtrecht

Titulus XXI. Articulus XV.

SUMMARIA.

1. *Prædij emphyteutici alienatio jure communi est regulariter prohibita.*
2. *An ex hoc de jure communi etiam hypothecatio, & oppignoratio censeatur prohibita.*
3. *Jure Bavarico non solùm alienatio, sed & oppignoratio, & secuta traditio est prohibita.*

TRes potissimùm erui possunt ex *art. hoc* 15. differentiæ jus Patrium inter, & commune Cæsareum; Etenim de jure communi, ut ut 1

prædii emphyteutici alienatio, diſtractio, & traditio ſine præſcitu domini omninò prohibita ſit, juxta notiſſima jura *in L. fin. Cod. de jure em-*
2 *phyt.* Ex hoc tamen de jure communi non ſequatur, etiam fundi, ſeu prædii emphyteutici hypothecationem, & oppignorationem id operari, ut ſimiliter, ut in alienatione contingit, emphyteuta caducitatis pœnam ſubeat, cùm alienationis vocabulum, in pœnalibus propriè ſumptùm, oppignorationem non comprehendat, ut benè loquitur Joan.
3 Brunneman. *ad d. L. fin. de jure emphyt. n.* 6. Attamen jure Patrio colono emphyteutico non ſolùm fundi emphyteutici alienatio, & diſtractio, ſed etiam ipſa oppignoratio, & ſimul ſecuta actualis traditio ita eſt interdicta, ut utroque caſu colonus jure ſuo emphyteutico cadat, juxta verba expreſſa *art.* 15. ibi: Verkaufft er aber ſein Gerechtigkeit, ohne Vorwiſſen ſeines Herrns, oder ein mehrers, dann ſein Gerechtigkeit iſt, oder das Guet, theils: oder gantz, für ſein aigen, oder Verlaſt, oder verſetzt es, ohn ſeines Herrn Bewilligung, und übergibts den andern mit würcklicher Einantwortung, aus ſeiner in deſſelben Hand &c. ſo mag der Herr das Guet, ſo vil deſſen der Mayr aus ſeinen Handen gelaſſen, mit dem Rechten einziehen &c. item auch noch darzu ſein Recht &c. gegen den Herrn verloren haben, auch die beſchehne Verenderung, oder Verſetzung allerdings ungültig, und unkräfftig ſein &c. vid. clariſſ. D. Rhat. *aſſert.* 104. & 106.

Landtrecht

Ad eundem Tit. XXI. Art. XV.

SUMMARIA.

1. *An de jure communi ſub generali hypotheca veniant etiam prædia emphyteutica?*
2. *In Bavaria videtur aliquibus, omnibus bonis hypothecatis, prædium emphyteuticum non eſſe hypothecatum.*

I ALteram differentiam eam ſtatuit illuſtris D. Cancellarius, quòd jure communi dubium non ſit, quin ſub generali hypothecatione, vel oppignoratione omnium bonorum etiam fundi, & prædia emphy-
2 teutica veniant, cùm nihil obſtare videatur; Attamen jure Patrio hypothecatis ab emphyteuta omnibus bonis, non videantur ex hoc prædia, & fundi emphyteutici obligati, & ſimul hypothecati, vel oppignorati, atque ſic jure Patrio ex hypothecatione generali, quin etiam oppignoratio-

ratione, sed nulla traditione facta, jus caducitatis nequaquam induci; tum, quia, juxtà antè allegata verba, oppignoratio, & traditio actualis die würckliche Einantwortung von seiner in desselben Hand requiratur, tum, quia in hypotheca, vel oppignoratione generali, ea bona non veniant, & subintelligantur, quæ aliàs sunt excepta, & oppignorari, vel hypothecari prohibita: vid. cit. D. Cancellarius ad hunc *art.* 15. *n.* 14. & *in sua semicent.* 1. *controv.* 32.

Landtrecht

Ad eundem Tit. XXI. Artic. XV.

SUMMARIA.

1. *An emphyteuta commoditatem possit alteri cuidam concedere?*
2. *De jure communi non videtur emphyteutæ necessariò incumbere, ut prædio suo insistat ipsus.*
3. *Quid in hoc puncto in Bavaria sit juris?*
4. *In Bavaria, si dominus directus velit, debet colonus ipsi prædio insistere.*
5. *An emphyteuta, qui studiis operam dat, teneatur insistere prædio, vel an idem locare possit?*
6. *An alterata emphyteusis dominium utile importet?*

Tertia notabilis differentia est, quòd in jure communi nullibi satis a- 1
pertè prohibitum inveniatur, quin emphyteuta fructus emphyteuticos, & commoditatem fruendi, sua ratione possit alteri, etiam sine præscitu domini, concedere, locare, & sub certis conditionibus
permittere; Aut etiam nullibi statutum legatur, ut emphyteuta necessariò 2
prædio suo emphyteutico insistat, idque ipsus colat, modò aliàs contractûs emphyteutici conditiones sua in parte impleat, ut solidè ostendit D. B. Schmid. *d. loco. n.* 21. & 22. Jure autem Patriæ tum ipsi em- 3
phyteutæ, tum & sua ratione ipsi conductori, majoris emolumenti gratiâ, eines Ubergewünn halbers, sine consensu, & præscitu domini vetitum est, fundum rursùs alteri locare, vel sublocare, nisi ex rationabili, & honesta causa ipsemet in sua persona bonum emphyteuticum possidere, & eidem insistere nequeat, & dominus directus cum eodem expressè dispensaverit, ut notanter indicare videntur verba *d. art.* 15. finalia: Es soll auch kein Mayr die Frücht des Guets einem andern verlassen, es were dann, daß einer daß Guet mit aignen Rucken nit besitzen

ſitzen kundte ꝛc. doch iſt hinfüran kein Grundtherr ſchuldig, in ſolchen Verkauff, oder übergab zewilligen ꝛc. clariſſ. D. Rhat. *aſſert.* 107. &
4 *ſeq.* Certè contigit antè tres circiter annos, quòd emphyteuta quidam duo integra, titulô hæreditatis, conſequeretur prædia emphyteutica; coluit vir induſtrius utriusque prædii agros, unâ domô alicui inquilino locatâ, annuum canonem utrique domino directo, & omnia perſolvit, quæ præſtanda erant; at, cùm uterque poſteà dominus directus actualem coloni deſideraret poſſeſſionem, inſiſtentiam, jeder Grundtherr hat verlangt, daß der Mayr das Guet mit aignen Rucken beſitze; ipſe autem, cùm unumquodque prædium in alio erat pago, obſequi non potuiſſet, res vi hujus *art.* 15. eò eſt redacta, ut interventu judicis prædium alterutrum debuerit vendere, ita, ut quilibet dominus directus proprium colonum, & quodvis prædium proprium poſſeſſorem
5 conſequeretur. Alter caſus haud ignobilior erat, quo filius ſtudioſus emphyteutæ ſucceſſerat, petiit & hoc caſu dominus directus ruralis, & Muſis infenſus, ut vel vendat, vel ipſe poſſideat, & fundo inſiſtat: nos conſulti ab utroque emphyteutam ſtudioſum abſolvimus, & caſum eſſe judicavimus, ubi quis emphyteuta ſufficientem habeat cauſam, fundum emphyteuticum locandi, & ex doctrina illuſt. D. B. Schmid. *ad d.*
6 *art. n.* 19. in praxi obtinuimus. Pro coronide hujus *art.* 15. illam inſignem quæſtionem addimus, an alterata emphyteuſis, ut aliqui appellant, vel alteratum precarium, ut alii ajunt, ein veranlaithe Freyſtüfft, Herrn-Gunſt ꝛc. ſpecies emphyteuſis ſit, & jus reale, ſeu dominium utile tranſeat in colonum, vel, an jus duntaxat ſit perſonale? certè illuſt. D. B. Schmid. colendiſſ. D. Parens, & fermè omnes Juriſperiti Bavarici ejus ſunt mentis, eſſe ſpeciem emphyteuſis, & ſic aliquod dominium utile tranſire, tum, quòd laudemium exinde præſtetur, Chur-Bayriſche Landtrecht. *tit.* 21. *art.* 5. at laudemium præſtatur in recognitionem dominii directi, ergò. Franck. *de laudem. cap.* 2. & 6. *n.* 2. tum; quòd tranſeat ad hæredes. Rhat. *aſſert.* 99. Pegius von Baurechten *in prin.* Sed, quidquid ſit, cùm *articulus hic.* 15. his utatur verbis: oder da er nur einen Herrngunſt hette, ſeinen perſöhnlichen Spruch zum Gelt ꝛc. ſubſiſtere quis forſan poſſet, an non ſit ſpecies contractûs perſonalis, nullum jus reale, utiléque dominium importans.

Land-

Landtrecht
Titulus XXI. Articulus XVII.
SUMMARIA.

1. *Regulariter nemo se sine judice, propria auctoritate, vindicare potest.*
2. *Vasallum dominus directus non potest propria auctoritate pellere feudô, ut ut caducô: concordante jure Bavarico.*
3. *Neque emphyteuta regulariter potest à domino directo propria vi expelli.*
4. *Nisi simul sit dominus jurisdictionis, ubi tamen in Bavaria subditi jus habent petendi Commissarios.*

UTrumque jus in eo convenit, quòd regulariter nemini liceat, propria auctoritate sibi jus dicere, & sese sine judice vindicare, per jura vulgata *in L. 1. & tot. tit. Cod. ne quis in sua causa jud. vel sibi jus dicat.* cùm scilicet, ne privatis concedatur, quòd non nisi per Magistratus constitutos debeat fieri, tum ne rixis, tumultibúsque aperiatur janua *L. non est singulis. 176. ff. de R. J.* Atque sic non tantùm domino directo feudali vetitum esse, vasallum propria auctoritate è feudo, etiam caduco, pellere, tradunt Feudistæ *in tit. 21. & 22. §. fin. feud. lib. 1.* Zasius. *de feud. part. 10. n. 37.* Schrad. *de feud. part. 9. sect. 9. n. 16.* Stat. Bav. Landtrecht. *tit. 12. art. 6.* ibi: soll der Lehenherr das Lehen aigens Gewalts, und Willens nit einziehen, sondern sein Recht ersuechen durch den Richter. Sed etiam emphyteutam regulariter non posse emphyteusi privari, nisi cognitâ causâ, & auctore Prætore, docent plerique cum Jul. Claro *lib. 3. sent. §. emphyteusis. q. 11. circa finem.* Stat. Bav. *hoc tit. 21. art. 15.* ibi: Woferr er dann von dem Herrn solches Guets, dessen rechtlich überwunden wird &c. In hoc autem jus Patrium recedit, & discrepat, quòd, si colonus, & emphyteuta simul sit domino suo directo etiam quoad jurisdictionem subjectus, & subditus ejus hoffmarchialis, debeat sustinere, si à domino prædiô suô emphyteutico caducô propria auctoritate privetur, & sine ulteriori processu ejiciatur, hôc solummodò concesso remediô, ut eidem ad superiorem Judicem, & Tribunalia excelsa appellandi, & Commissarios petendi jus sit, qui causam, & formam privationis inquirant, & subdito, forsan dominicali potestate læso, subveniant, ut dispositum est *in tit. 21. art. 17. cit.* ibi: Were aber das Guet in einer Hofmarch, und der Hofmarchs Herr selbs der Grundtherr, so mag er die Gebür gegen dem Underthonen fürnemmen, wo-

Q

wofert aber der Underthon vermeinet, beschwert zusein, stehet ihm bevor bey dem LandtsFürsten, oder dessen Vicedomben, umb Commissarios anzuhalten. clariss. D. Arnold Rhat. *assert.* 113. *per tot.* Qui dein Commissarii plerumque subditis magis favent, quàm dominis, ut experientia persæpè ostendit.

Landtrecht
Titulus XXI. Articulus XIX.

SUMMARIA.

1. *Jure communi non est prohibitum emphyteutæ, præter bonum emphyteuticum, alios simul fundos colere.*
2. *Neque de jure communi dominus directus in ejusmodi fundis separatis ullum sibi jus vindicare potest.*
3. *De jure Bavarico emphyteuta præter bonum suum emphyteuticum probibetur alia prædia, aut fundos, quocunque titulo ad eum pervenientes, possidere, & colere.*
4. *Hoc in Patria ex multis rationibus ita est cautum.*
5. *Quibus cessantibus videtur, posse aliquando colonis id permitti.*
6. & 7. *In his bonis, & fundis accessoriis habet dominus directus jus retractûs, sua tamen ratione.*

1 VEl in duobus omninò differt, vel saltem à jure communi singularia duo proponit hic *articulus* 19. Nullibi enim de jure communi in terminis prohibitum reperire est, ne vasallus, vel emphyteuta præter fundos, & prædia sua feudalia, vel emphyteutica, alia simul prædia, aut saltem agros, & fundos, vel allodiales, vel aliunde colono obvenientes, aigne Stuck, oder Zubau, colat, & possideat, dummodò
2 præterea domino suo directo præstanda præstet. Neque etiam ullibi in jure communi cavetur, domino directo ejusmodi coloni, aut emphyteutæ in hisce accessoriis prædiis, & fundis ullum jus quæsitum, aut
3 concessum esse; Attamen jure nostro Patrio aliud quid dispositum, & emphyteutæ in terminis interdictum est, alia prædia gantze Güeter, aut separatos fundos, agros, vel prata, ainschichtige Stuck, vel dein jure allodii, vel etiam titulô emphyteuseos ab alio domino directo, vel demùm quocunque alio etiam titulo, & modo obvenientia, præter suum prædium emphyteuticum modô, & jure accessorii als einen Zubau,

possidere,

possidere, colere, aut recognoscere, ut constat ex *art.* 19. *hoc tit.* 21. ibi: Es soll füran kein Mayr, der eines Grundherrn Guet hat, darauff er sitzt, ohne Bewilligung, und Vorwissen seines Grundtherrns einen Zubau, oder sonderbar aigne Gründ, zu den Guet haben, bauen, annemmen, oder kauffen, sonder wann er einen Zubau annemmen, oder sonderbare Stuck hinzu kauffen will, oder die ererbt hette, soll ers seinem Grundtherrn, umb sein einwilligung berichten &c. Cujus saluberrimæ constitutionis plures sunt rationes, tum scilicet, ne plurium 4
prædiorum, & fundorum possessione, termini, limites, & ipsi agri confundantur, tum, quòd experientia abundè demonstret, rusticos, & colonos, tanquam sui commodi studiosissimos, magis solere se impendere excolendis, & meliorandis propriis, & allodialibus suis fundis, quàm emphyteuticis; tum demùm, quia coloni non semper tot, & tam diversis prædiis, aut fundis colendis, & possidendis sint sufficientes. vid. *cit. art.* 19. & ibidem D. B. Schmid. *n.* 1. Quamvis & hic i- 5
pse Dominus Cancellarius fateatur, cessantibus his causis non rarò colonis permitti, plura prædia, frequentiùs plures fundos, agros, aut prata, simul cum prædio, aut fundis emphyteuticis colere, id quod nos judicis arbitrio, & domini directi placito totum relinquimus. Subsequitur altera differentia, quòd jure Patrio, eo in casu, quo dominus directus emphyteutæ concesserit, vel aliud simul prædium, vel saltem 6
alios fundos, aut proprios, vel liberos, frey aigne Stuck, vel alteri domino cuidam obnoxios, suo prædio emphyteutico jungere, & simul excolere, eo ipso eam consequatur prærogativam, quòd, colono postmodùm prædium unà cum reliquis fundis accessoriis divendente, dominus directus ex jure dominii directi non tantùm prædium ipsum emphyteuticum, sed & fundos accessorios den Zubau simul retrahere possit, eo pretio vicissim numerato, quod alius quis emptor numerare erat paratus, juxta *art.* 19. ibi: soll dem Grundtherrn zugelassen sein, in solche einzustehn, und umb das Gelt, wie es der Mayr verkaufft, anzunemmen &c. Ita tamen, ut dominus directus ejus sit mentis hos fundos ac- 7
cessorios den Zubau, velle prædio suo reservare, vel omninò incorporare, per verba *cit. art.* 19. doch allein im Fall, wann ers beym Guet behalten will. vid. clariss. D. Rhat. *d. tract. assert.* 114. & 115.

Landtrecht
Titulus XXI. Articulus XXI.

SUMMARIA.

1. *Emphyteuta non præstat laudemium, siqua ex parte domini directi contingat mutatio.*
2. *Præstatur laudemium de jure Bavarico in quacunque mutatione, ex parte coloni contingente.*
3. *In puncto juris communis aliud quid obtinere videtur.*
4. *An emphyteuta, laudemium præstans, teneatur quoque in Bavaria novas literas emphyteuticas acceptare?*
5. *Videtur, quòd in Patria non teneatur novas petere scripturas, seu instrumenta emphyteutica.*
6. & 7. *Solvuntur objectiones quædam, contrà allatæ.*

1 IN *articulo hoc 21.* una, vel omninò plures continentur inter utrumque jus differentiæ, & singularitates: etenim dum *cit. articulus* noster terminis expressis statuat, non obstante, quòd quacunque ex parte domini directi facta, mutatione, aut alienatione subditus emphyteuticus per hoc ad nullum laudemium, Anfall, Anstandt, oder Verenderungs-
2 fall, teneatur, ut conveniunt Int. *ad L. fin. Cod. de jure emphyt.* Attamen hoc laudemium ex fundis, & prædiis emphyteuticis debere præstari, in omni, & quacunque, ex persona coloni possessoris contingente, mutatione juxtà verba *in art. hoc 21.* ibi: der Anfall, so offt sich mit dem Besitzer ein Verenderung zuträgt, wie die beschicht, soll also genom-
3 men, und bezahlt werden &c. Meritò à jure communi, & notanter recedere censetur, utpote quo jure ex convenientiori sententia, ut aliqui interpretes ajunt, hæredes illi, in prima concessione, & primo acquirenti extraditis literis emphyteuticis vocati, & expressi, mutatione, aut divisione inter illos facta, domino nihil teneantur præstare, aut nomine laudemii exsolvere, eò quòd in contractu emphyteutico obligatio inter dominum, & colonum, ejúsque hæredes sit, ut ita dicamus, synalagmatica, primæva instrumenta, atque primæ concessiones reciprocè ad hæredes transeant, atque sic in puncto juris communis tunc primùm laudemii quinquagesima debuerit exsolvi pars, quando prædium prima vice fuit in emphyteusin constitutum, vel quando fundus emphyteuticus in alias manus, in instrumento emphyteutico non ex-

pres-

preſſas, alienatur, aut transfertur, Gloſſ. *in L. fin.* §. 3. *verſ. ne avaritia. Cod. de jure emphyt.* Hart. Piſtor. *lib.* 1. *q.* 50. *n.* 51. clariſſ. D. Rhat. *aſſert.* 120. Sed, an de jure Patrio, cùm hæredes coloni, & ſubditi 4
emphyteutici in quacunque, etiam inter ſeſe facta, mutatione, aut translatione, ut dictum eſt, teneantur ad exſolvendum laudemium domino ſuo directo, etiam ex hoc novas literas, ſeu nova inſtrumenta pro ſua quivis colonus perſona petere, & acceptare teneatur, ſæpiùs præſertim ab illis dominis directis dubitatum, meminimus, qui laudemijs non ſatiati, etiam pro confectione, & ſigillatione inſtrumenti emphyteutici debitis pecuniis inhiant: atque hoc exinde deducere conantur, quòd in quavis mutatione, ſo offt ein Verenderung ſich zuträgt, laudemium in recognitionem conceſſi dominii utilis præſtari, ergò & nova inſtrumenta Erbrecht, Stüfftbrief, tanquam novæ conceſſionis probationes debeant peti, & acceptari; Sed quidquid ſit, Nos jure no- 5
ſtro ſtatutario novas ſemper in qualibet mutatione literas, ſeu inſtrumenta non ſemper eſſe neceſſaria, atque hinc à ſubdito nec peti, nec acceptari debere, judicamus, niſi forſan ſpontè velit, vel aliàs ita conventum, aut moris ſit, eò quòd verba *art.* 21. ſo offt ſich mit dem Beſitzer ein Verenderung zuträgt, de exſolutione laudemij præcisè, & non de renovatione inſtrumentorum emphyteuticorum intelligenda ſint, ſtatuta ſtrictam retineant interpretationem, & ad non expreſſa non extendantur: Nec quidquam efficies, ſi inſtabis, frequentiſſimè hoc fie- 6
ri, & literas emphyteuticas in multis locis à dominis directis in quavis mutatione renovari; reſpondemus enim, id fieri ex voluntate ſubditorum, & ex ſuperfluo, ut jura ſua magis probent, & ſecuriores ſint: nec enim unquam vidimus, hanc neceſſitatem ita neceſſariò impoſitam fuiſſe, ut caducitas exinde fuerit ſecuta, ut teſtis quoque nobis eſt illuſt. D. Cancellarius *ad art.* 20. *hoc tit. n.* 23. Neque etiam obeſt, in feu- 7
dis vel ex parte domini in caſu mortis, vel ex parte vaſalli in quavis alienatione, aut mutatione ſimul relevium exſolvi, & novas inveſtituras Lehenbrief peti, & concedi debere, ut conſtat; etenim aliud eſt in feudo, ubi etiam, & mutatione perſonæ domini facta, relevium ſolvitur, at non ex mutatione perſonæ domini directi in emphyteuſi, hinc longè accuratior probatio, & conceſſio in feudo, quàm in emphyteuſi requiritur; ut nihil dicamus, argumentum à feudo ad emphyteuſin, ut ut in aliis benè ducatur, attamen in odioſis, & pœnalibus non procedere, ut benè advertit Joan. Brunneman. *ad L. fin. Cod. de jure emphyt. n.* 19. cum alijs à ſe relatis.

Landtrecht
Ad eundem Tit. XXI. Art. XXI.

SUMMARIA.

1. *Jure communi, pars quinquagesima solvitur pro laudemio.*
2. *In Bavaria solvuntur quinque pro centum pretij illius, quo prædium emphyteuticum æstimatur.*
3. *Si minor pars alicubi sit soluta, non potest augeri in Bavaria.*
4. *Sicut & si duplex laudemium* Abfahrt, und Anstandt, *hactenùs sit præstitum, id adhuc debetur, & non diminuitur.*
5. *Magna est diversitas in Patria quoad has præstationes emphyteuticas.*
6. *Quomodo, & qualis fiat æstimatio prædij emphyteutici, ut quinque pro centum possint præstari.*
7. *Qua ratione præscribatur observantia præstandi duplicis laudemij, aut majoris partis, quam quinque pro centum.*
8. *Si consensus domini directi obtineatur in alienatione emphyteusis, & alienatio non habeat effectum, an tamen laudemium debeatur?*

1 ALtera ex hoc *articulo* 21. inter utrumque jus proveniens insignis diversitas ea est, quòd de jure communi laudemium, in mutatione emphyteusis ab emphyteuta novo exsolvendum, sit determinatum, consistátque in quinquagesima æstimati prædij emphyteutici parte, ne scilicet propter hoc domini directi, avaritiâ tenti, ut text. *in L. fin. §. fin. vers. ne avaritiâ. Cod. de jure emphyt.* loquitur, magnam pecuniarum molem efflagitent, & colonos suos antè tempus exsugant. Int. *ibidem.* Ast
2 jure Patrio nostro, hæc laudemij præstatio eò est extensa, ut regulariter à centum florenis, queis prædium emphyteuticum æstimatur, quinque domino directo debeant pendi, *per art.* 21. *d. tit.* 21. ibi: Der anfall &c. soll also genommen und bezahlt werden, daß von hundert fl. wie die Gerechtigkeit deß Guets, ausser der Varnuß geschetzt worden, 5. fl. und
3 nit darüber komm &c. Ita tamen, ut ubi locorum hactenùs minor portio fuerit exsoluta, & præstita, per hanc juris Bavarici constitutionem ea non debeat augeri, sed in antiquo remanere statu, juxtà expressam voluntatem *d. art.* 21. ibi: wo aber bißhero weniger im Gebrauch gewesen,
4 darbey soll es bleiben &c. Prout & vicissim textus hic juris Bavarici antiquæ observantiæ etiam hoc concedit, ut, ubi major summa, quàm quinque per centum, vel ubi laudemium duplex unum ab emphyteuta decedente.

dente, Abfarth, dictum, alterum à novo colono possessionem apprehendente, Anstandt, semper hactenùs fuerit petitum, & præstitum, etiam hoc imposterùm ita observetur; wann auch an einem Ort die Abfarth, neben dem Anfall oder Zustandt zenemmen bräuchig, und kundlich herkommen, mag dieselbige an solchen Orten fürterhin auch genommen werden rc. Certum enim est, maximam hac in re esse diversitatem in Patria; sunt enim bona, & prædia emphyteutica, quæ omninò nihil pendunt, quavis mutatione contingente; sunt alia prædia emphyteutica, ubi certa tantùm quantitas summariter, über-Haupts, ut dicunt, v. g. in quavis mutatione à novo colono tantùm 10. 20. aut 30. floreni exsolvantur; sunt alia, ubi tantùm der Anfall, quinque florenis pro centum conceditur, & pro decessu nihil pendatur; sunt alia, ubi tantùm pro accessu nihil, & vicissim pro decessu quinque præstentur; sunt & alia prædia, & fundi emphyteutici, ubi pro decessu, & accessu duplex prætenditur laudemium, sunt denique, ubi etiam 7. pro centum, vel omninò decem pro centum florenis pretii quo, bonum æstimatur, debeant ab emphyteuta exsolvi, ut experientia testatur, & miseri coloni cum omnibus circumstantiis speciosè sciunt recensere. Sed cùm dicatur, daß von 100. fl. wie die Gerechtigkeit deß Guets ausser der Varnuß geschetzt worden 5. fl. und nit darüber komm rc. in casu notatu digno, id nuper dubitatum, vidimus, anne hæc æstimatio debeat ea esse, qua fuit prædium emphyteuticum in prima concessione, vel antè plures annos in alia v. g. mutatione taxatum, aut anne de novo possit taxari, & æstimari; notorium enim in Patria, quantùm bonorum immobilium valor his temporibus succreverit, & experientia testis est, sæpiùs prædium aliquod sine omni suppellectile ohn Varnuß, antè 40 annos 500. fl. fuisse comparatum, quod hoc tempore 2000. florenis venditur igitur quæstio erat, anne quinque pro centum illius pretii ad 500. fl. quo antè 40. annis erat emptum, vel an quinque pro centum istius moderni pretii ad duo millia debeant exsolvi; Et in hac præstatione laudemii modernum tempus, & modernum pretium ad 2000. fl. observandum, & ejus quinque pro centum pendi debuisse, censebamus, & videbamus juxtà doctrinam Bened. Carpz *lib.* 1. *respons.* 90. Joan. Brunnemanni *ad L. fin. Cod. de jure emphyt. n.* 14. Quin & illud jure Bavarico celebre est dubium, cùm idem *art.* 21. his utatur verbis, wo es kundlich herkommen rc. an, & qualis præscriptio sit necessaria; ut hæc observantia pendendi laudemium duplex anstandt, und abfarth, sit admittenda ex parte dominorum, directorum, vel etiam

5 (beside line "nommen werden rc."), 6 (beside "censere"), 7 (beside "Quin")

tiam pendendi minùs, quàm quinque ex parte subditorum colonorum? in quo casu posteriori si subditus v.g. prætendit, tantùm quinquagesimum, seu duos pro centum præstari, etiam tempus ordinariæ præscriptionis, hoc est, 10. vel 20. annos sufficere, tradit Illust. D.B. Schmid. *ad hunc art.* 21. *n.* 3. At in casu priori, si major summa, quàm quinque, vel duplex laudemium exsolvi debeat, præscriptionem longissimi temporis requiri & ita judicatum esse in Consilio Revisorio, testatur cit. Illust. D. *ibidem & in semicent.* 1. *controv.* 31. *n.* 13. & 14. quamvis consultíus nobis videatur, si vel dominus in augmento laudemii, vel subditus minoris summæ præstatione præscribenda in tempore immemoriali se fundaverit, ut benè monet clariss. D. Rhat. *assert.* 118. De-
8 mùm & hoc quoque videtur in hoc *articulo* 21. à jure communi Cæsareo alienum, vel saltem singulare, quòd domino directo eo etiam in casu laudemium debeat exsolvi, & præstari, quo prædium, vel fundus emphyteuticus venditus, dominúsque directus pro consensu suo requisitus fuisset, etsi posteà contractus venditionis nullum sortiatur effectum, sed emphyteuta rursùs prædii emphyteutici remaneat possessor, ut arguunt verba finalia *cit. articuli*: ist man dem Grundtherrn den Anfall schuldig, *ob* gleich der contract widerumb zuruck gienge, plura legantur apud colendiss. D. Parentem *tract. de jure emphyt.* & Illust. D. B. Schmid. *ad hunc art.* 21. *per tot.*

Landtrecht.

Titulus XXII. Articulus XXIII.

SUMMARIA.

1. *Emphytevtâ defunctô sæpè viduis, & liberis adhuc infantibus permittitur à domino directo ad tempus possidere prædium emphytevticum, præstitâ pecunia certâ,* ein Willengelt,
2. *Jure communi non prohibentur emphytevtæ, si forsan prædium emphytevticum uni ex liberis suis cedant, aliquid sibi reservare.*
3. *De jure Bavarico hoc non est permissum sine consensu domini directi.*
4. *An, & quando laudemium præstetur, quando emphytevta sibi aliquid ex prædio emphytevtico reservat, & aliquid cedit?*

1 SI forsitan emphyteutæ prædefuncti liberi, & filij, superstites vel inter sese per aliquod tempus non convenire, vel ob defectum ætatis præ-

prædio adhuc ipsi præesse nequeant, atque sic, vel vidua unà cum liberis, vel liberi soli pro indiviso fundis emphyteuticis cupiant præesse, tunc in Patria nostra non solùm videmus passim eam consuetudinem introductam, ut vel ipsis viduis, vel liberis simul ad aliquod tempus ex arbitrio domini directi possessio prædij emphyteutici indivisa relinquatur, donec vel tempus elabatur, vel circumstantiæ immutentur, interim tamen in recognitionem beneficij, & consensûs dominicalis quot annis certa aliqua pecunia, ein Willengelt, dicta, pendatur, ut praxis fermè quotidiana abundè testatur; Sed & in eo casu frequentissimo, & quo- 2
tidiano, quo emphyteutæ, morbîs, aut seniô confecti, liberis suis, vel uni illorum prædium cedunt, & tradunt, reservatîs sibi alimentîs annuîs, habitatione, & aliîs vitæ rusticæ commoditatibùs, notabilis est inter jus nostrum Bavaricum, & commune differentia, eò quòd jure communi adeò præcisè coloni non prohibeantur sibi reservare annuam alimentationem, habitationem, lignum, aut similia, ut ostendit clariss. D. Rhat. *assert. fin.* Jure tamen Bavarico ejusmodi conventiones, re- 3
servationes, & transactiones qualescunque, etiam ipsa alimenta, aliàs de jure satis favorabilia, concernentes, in Patria vulgò, die Außtrag, dictæ, non permittuntur, aut approbantur, nisi domini directi, specificè informati, consentiant, ut in terminis statuit *d. art.* 22. *tit.* 21. Landtrecht. ibi: Es sollen auch ebenfals die Außträg deren, so ihr Gerechtigkeit übergeben, anderst nit, dann mit deß Grundtherrns Bewilligung bedingt werden, und sonsten nit zugelassen sein. De quibus reser- 4
vationibus notanter videatur illustris D. Cancellarius *ad hunc art. per tot.* ubi *n.* 4. notabilem adfert distinctionem, an ita cedens emphyteuta aliquos fundos etliche Stuck, und Gründt, sibi jure dominij utilis reservat, vel an usumfructum duntaxat, ita ut priori casu laudemium de illis fundis non præstetur, donec emphyteuta cedens moriatur, benè tamen in casu posteriori: hoc addito, quòd in dubio magis censeatur ususfructus, quàm dominium reservatum, vid. idem illust. D. *semicent.* 2. *controv.* 22. *& ad hunc art. in fine*, ubi & memorat, quid in curia feudali Bavarica in ejusmodi reservationibus, & pactionibus observari soleat.

Landrecht
Titulus XXII. Articulus I. & seq.
SUMMARIA.

1. *Operarum materia, & nobilissima, & difficillima est.*

R

2. *Operæ*

2. *Operæ ex antiquissimis temporibus originem habent.*
3. *Hæc materia potiùs de consuetudine, & ex provincialibus plerorumque locorum statutis declarari, & decidi debet.*
4. *Hinc paucæ possunt assignari differentiæ inter jus commune, & Bavaricum.*
5. *Operæ hodie justè, & legitimè à subditis exiguntur.*
6. *Operas potiùs restringendas, quàm extentendas, ex jure civili deducunt Interpretes.*
7. *In Bavaria subditi tenentur ad operas indeterminatas, & contrà eos in dubio est præsumptio.*
8. *Extrà Bavariam, & de jure civili putant JC.*ti *subditos non teneri nisi ad operas determinatas.*

1 INteger hic *titulus* 22. agit de operis subditorum von den Scharwerchen, materia in praxi pretiosissima, nobilissima, & simul amplissima, Dicasteriis, Judicibus, & Jurisperitis eò celebriori, & notiori, quò & frequentiores, & difficiliores quotidie, & passim oriuntur tum inter dominos, tum inter subditos his super operis lites, & querelæ:
2 Convenit hic *titulus*, & suô modô originem trahit ex *titul. ff. & Cod de oper. libert. &c. & servorum &c.* vel juxta alios ex antiquissimis devictorum Francorum moribus, atque sic, ut ajunt, antiquissimi juris, & operarum, quas olim liberti suis patronis debebant, sunt imago, & fi-
3 gura tantùm, Auctor. *thes. Basil. de op. rust. conclus. 2. lit. C.* Interim tamen, & potissimum in singularum Provinciarum, & locorum statutis, varijs consuetudinibus, & singularibus paciscentium, & contrahentium placitis, ac pactis principaliter consistunt, & exinde cognoscuntur, dijudicantur, & extenduntur operæ, ut latè deducunt And. Gail. *lib. 2. obs. 62. lib. 1. respons. 51. & seq.* colendissim. D. Parens *tract.*
4 *de oper. subdit. cap. 1. assert. 3..* atque hinc evenit, paucas, imò fermè nullas inveniri differentias inter jus Bavaricum, & jus utrumque, quæ huc annotari deberent, dum hæc materia ex antiquis moribus in Bavarica jura primùm introducta, & pro Patriæ utilitate latiùs decisa, extensa, amplificata, & singularibus sanctionibus est illustrata, atque sic quasi tota à jure communi distat, ut advertit D. B. Schmid. *ad cit. tit. art. 22. 1. n. 1.* quapropter & nos potiùs ad eadem statuta *in tit. 22. hoc toto* Interpretum adjectas declarationes, & singulares observationes, atque elucubratos insignes de operis subditorum tractatus D. Balthasar. & co-
5 lendiss. D. Parent. nos remittimus; Hoc duntaxat, ne sicco pede peni-

tùs

tùs transeamus, addentes, quòd jus Patrium à jure, quin suô modô, & consuetudine aliorum locorum videatur differre, quòd in Bavaria ampliùs dubium non sit, hodiè legitimè, juste, & licitè à subditis, & rusticis nostris operas, & obsequia expeti, ad varias dominorum necessitates, & commoditates sublevandas, & sustinendas, ut apertum est. Attamen de jure civili, licèt à libertis, non tamen à rusticanis ope- 6
ras, & obsequia potuisse requiri, text. & Int. *in L. 1. Cod. ne rustici ad ull. obseq.* & *in L. 10. ff. de obseq. parent. & patr. præstandis &c.* atque hinc ex his textibus saltem adhuc id evinci putant interpretes, operarum exactionem tanquam odiosam, & juri communi contrariam restringendam potiùs, quàm extendendam esse, Joan. Brunneman. *ad d. L. 1. Cod. cit. tit. n. 1.* Casp. Klock. *de contrib. cap. 2. n. 40.* Altera differentia forsan 7
ea haud malè affertur, quòd de jure Bavarico subditi in Patria ad operas teneantur indeterminatas, & eædem censeantur duntaxat in Patria usitatæ, per verba *art. 2. tit. 22.* Aber die ungemeßne Scharwerch ist die Landtsgebräuchige Scharwerch, die ein Underthon seinem Gerichts- oder Vogtherrn, deme dann die scharwerch gebürt, ohne gewisse Anzahl, oder Außnam, dem Landts gebrauch nach zethun verpflicht ist ꝛc. Dum tamen 8
jure communi, & plerisque in locis ex consuetudine operæ sint determinatæ, & aliæ non debeantur, atque sic præsumptio libertatis alibi pro subditis militet, dum tamen in Patria dominis cóntrà subditos adstipuletur: vid. Auctor. *disput. Basil. tom. 6. de op. subd. thes. 23.* Reliqua, quæ in Bavaria de subditorum operis sunt specialiter statuta, potiùs de consuetudine sunt extensa, amplificata, explicata, vel etiam noviter sancita, vid. quæ scripsimus *in disput. nostra de jure hoffmarchiali Bavarico. consid. 27. 28. & 29.*

Landtrecht

Titulus XXIII. Articulus I. & II.

SUMMARIA.

1. *Quid sit, & dicatur in Patria,* ein Banholtz?
2. *Quid sit, & dicatur* ein Schlag, *in Bavaria?*
3. *In Cæsuris nemorum pastus pecorum ad triennium est interdictus.*
4. *Quomodo contravenientes puniantur?*
5. *De jure communi sufficit damnum datum resarcire.*
6. *Hodie in Bavaria quid in praxi observetur?*

1 INscribitur hic *titulus* umb Banholtz und Schlag 2c. quamvis autem hoc vocabulum Ban plures, & diversas sortiatur significationes, ut præter alios videre est apud Wehner. *in suis obs. pract. verbo* Ban, hîc tamen propriè ein Banholtz in Patria nostra intelligi, ajunt, nemus, forestum, aut sylvam, ab aliquo tamdiu, & ita possessam, ac præscriptam, ut absolutè & propriè in ejus potestate sit, aliique eo ipso, & singulariter ab ea sylva debeant abstinere, propterea plerúmque ejusmodi sylvæ, Banholtz circumsepiuntur, vel quoquo modo ab aliorum injuriis defendun-
2 tur, *art. 1. hoc tit.* 23. Schlag est propriè cæsura sylvæ, seu nemoris, hoc est, spatium quoddam, ubi dominus sylvæ forsan pro sua necessitate, commoditate, aut utilitate lignum cædi, & novas arbusculas, ac surculos subrogari, ac succrescere voluit, wo man neues Holtz
3 will anfliechen lassen. Et in his nemoribus, & sylvestribus præsertim cæsuris jure Patrio non tantùm vel aliquando absolutè, vel per triennium omnis pastus pecorum est interdictus. Sed etiam contravenientes,
4 si de die damnum dant, & actione de pastu pecorum, aut *L. Aquilia*, vel etiam in factum conveniantur, domino sylvæ, aut cæsuræ à singulo pecorum capite 14. nummos, si verò de nocte damnum illatum sit, duplum præstare, & simul à judice competente pœnâ puniri debeat, ut satis arguunt verba *art. 2. hoc tit.* Wo schleg sein, und jemand sein Viech darauff trib, und der Schlag under dreyen Jahren ist, so soll man dem, deß der Schlag ist, von dem Haupt geben 14. Pfenning, und ist es bey der Nacht, zwir so vil, und dem Richter die Bueß nach ermessigung.
5 Qnamvis de jure communi dominus sylvæ, casuræ, vel agri, ejusmodi in casu nuda, & sola resarcitione damni dati contentus, ulteriorem vel simpli, vel dupli pœnam nequeat prætendere, quamvis judex pro ratione, & modo excesûs contravenientem punire quoque valeat, text. & DD. *in L. Quintus Mutius.* 39. *ff. ad L. aquil.* clariss. D. Ferd. Waizenegger insignis olim Universitatis hujatis ICtus *tract. de servit. dissert.*
6 4. *cap. 6. n.* 22. Cæterùm hanc juris Patrii constitutionem in praxi hac dupli, vel simpli pœnâ vix ampliùs observari, sed secundùm receptum morem, vel homines contravenientes, & ulterius sylvas, & cæsuras, aut campos ingredientes, pignorari, Pfänden, vel animalia, eodem excessu delinquentia, pariter, & plerumque in destinata loca die Pfandtställ includi, donec domini pecudum, & contravenientes homines damni dati præstent sufficientem satisfactionem, experientia quotidiana testatur, videatur & *articulus* 3. de arboribus furtim cæsis, & inde competente actione, ibique D. B. Schmid. latè, quò in-
nego-

negotio hoc nos remittimus, dum differentias propriè tales nullas, & difficultates paucas ibidem sit invenire.

Landtrecht
Titulus XXIV. Articulus II.
SUMMARIA.

1. *Quinam sint in Patria* Pruck: und Eschhay, *& quale eorum officium?*
2. *Constituuntur passim ejusmodi custodes nemorum, pratorum, & camporum.*
3. *De jure communi nemo prohibetur messem, aut vindemias inchoare.*
4. *Jure Bavarico hoc non licet, nisi cum aliorum vicinorum, aut communitatis præscitu, & consensu: id quod etiam de pastu pecorum observatur.*
5. *Contraveniens punitur, & tenetur ad damnum resarciendum, si quod dedit.*
6. *Quomodo in Bavaria damnum ab alio, aut alteriùs pecoribus datum, probetur.*
7. *An custodibus camporum, aut nemorum plena fides habeatur, si damnum, ab hoc, vel ab illo factum esse, asserant.*
8. *Ejusmodi custodes* Feldthüter, *& similes sæpissimè excedunt.*

DUm hic *titulus* 24. von Pruck, und Eschhay agit, prænotandum videtur ejusmodi custodes Hayer, oder Hüeter duplicis esse generis, alios publica, alios privata cujuslibet pagi, communitatis, aut domini fundi auctoritate constitutos, alii enim viis publicis, & pontibus sunt præstituti, Pruckhay dicti, qui pontes publicas die Zollbrucken curare, &, si quod damnum ejus culpâ viatoribus illatum sit, id præstare, & resarcire tenentur, *per art.* 1. *hoc tit.* ibi: bewahret aber der Pruckhay die Pruggen dermassen nit, und käme jemand dardurch zu schaden, den soll er gelten, und abthun rc. Similiter & passim videmus, ejusmodi custodes satis, pratis, sylvis, forestis, & agris præpositos, Holtzhay, Veldhay, oder Flurer, Wißhay, Eschhay, Forsthay, Weidthay, pro objecto, & munere suo ita appellatos, & distinctos, quibus cura imposita est, sata, prata, foresta, sylvas, & vias custodire, visitare, defendere, omne damnum avertere, & commodum domini, vel communitatis præponentis procurare; ut constat ex *tot. hoc tit.* 24. Ubi ex *articulo* 2. illud à jure communi videtur esse singulare, quòd jure com-

muni inspecto nullibi sit reperire, domino sylvæ, vel domino fundi, aut vineæ prohibitum esse, vel messem, aut vindemiam pro placito suo inchoare, aut pecudes suas in propria nemora agere, quando libet, quin imò jure communi injuriarum teneatur, qui dominum uti re sua impediat arg. *L.* 13. §. 7. *ff. de injuriis. L. qui pendentem.* 25. *ff. de act. empt. & vend.*
4 De jure tamen Bavarico id regulariter, & ita absolutè sine reliquæ communitatis, aut vicinorum præscitu, & consensu non semper licet, sed in plerisque benè ordinatis locis, etiam pagis, nullus priùs metere, aut vindemiam facere, aut pecus suum in pascua agere potest, nisi antè toti communitati, & pago placuerit, & communiter permissum, quin & aliquibus in locis pronuntiatum fuerit; Es soll auch niemandt, statuit *art.* 2. *hic tit.* Chur-Bayrische Landtrecht, in einem Esch schneiden, noch mit seinem Viech darein treiben, dann mit der
5 Nachbarn rath, und willen. Ita, ut contraveniens omninò partibus, exinde læsis, satisfacere, & judici pœnas dare cogatur, welcher das überfärt, derselb überfahrer soll den Nachbarn, den er schaden gethon hat, solchen ihren Schaden abthun und gelten, nach schätzung unpartheyischer Leut, und deß Richters, und ist dem Gericht schuldig worden die Bueß, nach beschaffenheit deß Schadens, den er gethon hat ꝛc. Quin & hoc singulare videtur, damnum vel ab alio i-
6 psomet, vel ejus pecoribus illatum, si parvum sit, & minoris considerationis aut duobus testibus etiam non juratis, vel ipso ejusmodi custode fructuum, aut sylvæ Eschhay, Forsthay, oder Flurer aliàs vi officij sui jurato, aut si magnum sit damnum illatum, vel itidem duobus testibus, aut custode pratorum specialiter super hoc facto jurato plenè probari. Und ist der Schaden gering, mag derselb, mit zween erbaren Zeugen ohne geschwornen Aydt, oder mit dem geschwornen Eschhay wol bewisen werden, were aber der Schaden groß, sollen die Zeugen schweren, oder da man die nit, sonder allein den Eschhay haben mag, derselbig zu dem Kläger schweren, daß der beklagt den Schaden klagter massen
7 gethon hab. Accedit & *art.* 3. ubi expressè statuitur, quòd ejusmodi custodibus camporum, etiam à rusticis constitutis, Eschhay, oder Wißhay, die der mehrertheil der Baursleuth gesetzt, und gestellt haben ꝛc. Si dicant, hunc vel illum damnum intulisse, plena fides adhibeatur, aut si jurati sint, vel si super damno illato jurent, aut si pignus habeant à damnificante, etiam nudæ ipsorum assertioni stari, ibi: doch wo der Schaden groß, was sie bekennen, und fürgeben mit Worten, daß sollen sie bestetten mit ihren Ayden. wofür sie aber Pfandt haben, oder der

Scha-

Schaden schlecht, und gering were, da soll man ihren Worten darumb glauben. Certè istorum hominum, custodum, & similium fides, teste 8
experientiâ, sæpè sæpiùs suspecta est, dum illos, qui in sylvis, campis, aut pratis damnum dant, pro paucula accepta pecunia, aut una, vel altera mensura cerevisiæ, dimittunt, & pauperes plerumque mulctæ judiciali exponunt, dimittit corvos, vexat censura columbas; quin & non rarò maxima damna inferunt, & maximi fures ipsimet sunt in sylvis, præsertim, & forestis, prout nobiscum conqueritur, & ad horum hominum excessus describendos integram Betulæ corticem non sufficere, ait Illust. D. B. Schmid. *ad art. 3. hoc tit. 24. in fine.*

Landtrecht.

Tit. XXVI. Art. II. IV. & V.

SUMMAIRA.

1. *Servitus prædialis in Bavaria describitur, & definitur.*
2. *Servitus prædialis alia est urbana, alia rustica.*
3. *Dignoscuntur hæ Servitutes ex qualitate, & natura sua.*
4. *Quid sit prædium urbanum, & quale dicatur rusticum?*
5. *Dividuntur servitutes prædiales in servitutes continuas, & discontinuas, & singula earum describitur.*
6. *Servitutes continuæ quoto tempore præscribantur?*
7. *Et quando præscribuntur servitutes discontinuæ?*
8. *In Bavaria ad præscriptionem harum servitutum requiritur scientia, & patientia adversarii.*
9. *De jure communi in his terminis nuspiam requiritur.*
10. *Si quis in præscriptione servitutis continuæ 40. annorum possessionem allegat, neque in Patria scientia, & patientia adversarii requiritur.*
11. *Aliud quid procedit de jure communi.*

JUs Bavaricum, quod hôc integrô *titulô* servitutibus prædialibus, denen Grundt Dienstbarkeiten, se impendit, easdem in *art.* 1. ita describit, servitutem prædialem propriè esse, ein Gerechtigkeit, welche jemandt hat auf des andern Grundt, oder Hauß von wegen seines daran stossenden Grundts, oder Hauß ꝛc. Et duplex est, hæc servitus prædialis urbana, Hauß-Dienstbarkeit, & rustica Feldt-Dienstbarkeit: prior denominatur in jure Patrio à prædio urbano, die einer auf des andern 1 2

dern

dern Hauß, Stadl, Stallung, oder dergleichen Gebäu hat: altera dicitur à prædio rustico, die einer hat auf den Feldt-Grundtstucken, als Aeckern, Wisen, Gärten, Holtzwachsen, Wassern, Weyern, Awen und dergleichen: juxta *art. 2. hoc tit.* 26. Atque hinc patet, in Patrio jure servitutem urbanam, & prædium urbanum, & similiter servitutem rusticam, & prædium rusticum non ex loco, aut usu, sed propriè ex qualitate, & natura sua dignosci, & sic prædia rustica, seu fundos, & hortos non minùs in urbibus, & oppidis, quàm prædia urbana, seu ædificia, stabula, horrea ruri existere: Quo ita supposito statuit inter jus Bavaricum, & jus commune Cæsareum differentiam illust. D. B. Schmid. *ad cit. art.* 2. *n.* 1. quasi de jure communi prædia urbana ab usu propriè urbano, v. g. habitandi, & prædia rustica pariter ab usu rustico, hoc est, si ad agriculturam, vel percipiendos fructus serviant, intelligi, & denominari, atque sic stabulum v. g. rusticum esse prædium, vel horreum, quia ad usum rusticum essent destinata. Sed nos salva auctoritate interpretum plurium, qui hoc ita de jure communi
4 explicant, aliter sentientes, jus Bavaricum, & commune non adeò hac in parte differre, opinamur, cùm prædia urbana indistinctè omnia ædificia, & prædia rustica indistinctè agros, prata, hortos, & fundos omnes regulariter esse censeamus: text. *in §. prædiorum urbanorum. Inst. de servit.* ibi: *quoniam ædificia omnia urbana prædia appellamus, etsi in villa sint ædificata*, Arnold. Vinnius *ibidem n.* 1. & 2. & facit text. *in L.*
5 *urbana.* 198. *ff. de V. S.* Sequitur alia servitutum prædialium divisio in continuas, & discontinuas. de jure quidem communi ab aliquibus non admissa, vel omninò explosa, ut videre est apud clariss. D. And. Fachin. *controv. juris. lib.* 8. *cap.* 22. attamen eleganter demonstrata à clariss. D. Ferd. Waizennegger *de servit. dissert. cap.* 5. *n.* 67. & *seq.* & in praxi universaliter recepta, ut testantur Int. communiter cum And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 66. *n.* 2. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 53. colendiss. D. Parens *Inst. tit. de servit. q.* 17. & alii. similiter & jure Patrio approbata, Landtrecht. *art.* 4. *hoc tit.* 26. verbis: Etliche Grundtdienstbarkeiten, sein alsò beschaffen, daß dero Gebrauch stät, und ohne Underbruch ist, & paulò inferiùs: aber die andern Grundtdienstbarkeiten, deren Gebrauch nit stäts, und ohne Underbruch ist, sonder in deß Menschen Ubung stehet 2c. In
6 quarum servitutum continuarum & discontinuarum præscriptione convenit utrumque jus, ita, ut tam de jure communi, quàm & jure Bavarico servitutes continuæ sine titulo per 10. annos inter præsentes, & 20. inter absentes præscribantur text. & DD. *in L. si quis.* 10. *ff. si servit. vind.* ibi:

ibi: *si quis diuturno usu, & longa quasi possessione, jus aquæ ducendæ nactus sit: non est ei necesse docere de jure, quo aqua constituta est, veluti ex legato, vel alio modo &c. L. sicut. 1. ff. de aqua pluv. arcend.* ibique Int. Gomez. *tom. 2. resol. cap.* 14. *n.* 27. D. à Widmont. *ff. de servit. n.* 26. Chur-Bayrische Landtrecht. *tit. hoc* 26. *art.* 5. ibi: dann so man in denen, welche einen ståten Gebrauch haben, daß inhaben nur 10. Jar wider die im Landt, oder 20. Jar wider die ausser Landts erweist &c. item: aber den Titul oder Ankunfft derselben ist man schuldig &c. Discontinuæ verò servitutes præscribuntur juxtà probabilem de jure communi, & receptam in praxi sententiam, cum titulo inter præsentes 10. & 20. annis inter absentes, sine titulo verò non nisi tempore immemoriali. Joach. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 53. clariss. D. Ferd. Waizenegger *dissert.* 1. *cap.* 5. *n.* 53 & ex ipso colendiss. D. Parens *de servit. præd. q.* 16 Landtrecht. *d. tit.* 26. *art.* 4. *in fine*, ibi: Solche werden durch verjårung anderst nit erlangt, dann in solcher langen Zeit, welche über Menschen gedencken sich erstreckt, & *art.* 5. ibi: Aber in verjårung der andern Dienstbarkeiten, welche nach inhalt vorgehenden Articuls, ein Zeit über Menschen gedencken erfordern, ist unnöthig, weder Ankunfft, noch deß Gegentheils wissenschafft, oder gestattung, und zusehen, zubeweisen, sonder die so lange Zeit ersetzt solches alles. Es were dann, daß einer zu behauptung einer solchen underbrochnen Dienstbarkeit sich auff ein verjårung, von 10. oder 20. Jarn wolte gründen; in solchem Fall muß er nit allein einen zu der verjårung tauglichen Titul &c. beweisen &c. Et in hoc, quantum nobis probabile est, jus Bavaricum à jure communi non recedit, ast in hoc discrepare videtur, quò in harum servitutum & continuarum, & discontinuarum in præscriptione longi temporis præter 10. & 20. annorum spatium, & in servitute discontinua præter titulum sufficientem (& demonstratum per verba *art.* 5. *cit.* derselb muß auch erwisen werden) simul scientia, & patientia adversarij, daß der Gegentheil sein innhaben, verba sunt *art.* 5. und gebrauch der Dienstbarkeit gewust, zugesehen, und geduldet hab &c. Probari debeat, cùm tamen de jure communi scientiæ, & patientiæ adversarij probatio in his terminis nuspiam adeò requiratur, text. & DD. *in L. fin. Cod. de præscript. longi temp.* Wesenbec. *in parat. ff. de usucap. n.* 7. vid. Zœs. *ad ff. tit. de servit. n.* 15. & *n.* 16. Alterum est, quòd in præscriptione servitutis continuæ, si quis quadraginta omninò annos possessionem ostendat, hæc ipsa scientia, & patientia adversarij probari non debeat; per verba *art.* 5. hette aber jemand ein solche Dienstbarkeit, deren Gebrauch, wie gehört, ohne underbruch beschicht, nit nur 10. oder 20.

7 8 9 10

S sonder

sonder 40. Jahr hergebracht, der ist nit verbunden zubeweisen, daß sein Gegentheil solches habgewust, gestattet, und gedultet; Cùm aliàs jure communi nihil obstet, cur non in ejusmodi servitutis præscriptione 30. anni sufficiant, text. & DD. *in L.* 1. *&* 3. *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* legatur super difficili hoc *art.* 5. Illust. D. Cancellarius & *art.* 7. *n.* 13. *& seq.* ubi & ipse satis obscurè videtur scribere.

Landtrecht

Titulus XXVI. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *In servitutibus prædialibus possessorium simul unà cum petitorio debet proponi de jure Bavarico,*
2. *De jure communi possessorium seorsim poterit proponi.*
3. *Quæ constitutio Bavarica tantùm de prædialibus servitutibus est intelligenda.*

1 ARticulum hunc 6. *hujus tituli* 26. abbreviandarum litium, & processuum commoditas, non tamen privata advocatorum utilitas commendat, ut loquitur Illust. D. B. Schmid. *in prin. hoc art.* statuitur in eodem, si forsan in materia servitutum prædialium super nuda, & sola possessione lis, & controversia oriatur, nullum in possessorio admitti processum, sed ad abbreviandos processus, & evitandas ingentes litium expensas, statim & simul petitorium debere proponi, & cum possessorio cumulari, juxta *art.* 6 *cit.* ibi: Wiewol, wann der stritt allein umb das gegenwertige Innhaben einer Dienstbarkeit ist, von rechtswegen nit nötig were, die verjärung vollkommentlich zubeweisen, dieweil aber solche Irrung und Stritt mehrertheils zwischen dem gemainen Bawrsman entstehen, und sie hierdurch offtermals in grossen Unkosten, und Schaden, auch langwirigen, und doppelten Proceß kommen, wann man anfangs allein umb das blosse Innhaben streittet, so soll fürterhin keiner zur beweissung gelassen werden, er articulier dann klärlich, das Innhaben so vil er Zeit, als zu verjährung jeder dienstbarkeit nothwendig, und in den nechst vorgehenden zweyen Articuln underschidlich gesetzt, und geordnet ist. Ex quo planè notabilis consequitur inter utrumque
2 jus differentia, dum jure communi in confesso sit, sicut in aliis causis, ita & in servitutibus prædialibus, & possessorium separatim, & petitorium

rium seorsim posse intentari, text. & DD. *in cap. cùm dilectus. 6. de caus. possess. & propriet.* clariss. D. Henricus Canis. insignis quondam juris canonici Professor Ingolstadiensis *hoc tit. n.* 1. R. P. Engl. *n.* 9. text. & Int. *in L. cùm fundum.* 18. §. *fin. ff. de vi, & vi armat. L. hoc interdictum.* 1. §. *quia autem.* 4. *ff. quod legatorum.* Et quamvis forsan hic juris Patrii textus ad omnes servitutes in genere posset extendi, dum in principio generaliter dicat das Innhaben einer dienstbarkeit 2c. in fine tamen notanter additur, eandem constitutionem duntaxat de servitutibus prædialibus intelligi: Es ist aber diser Articul so vil darinnen wider gemaine Recht, zu abkürtzung der Strittigkeiten geordnet, allein auff die Grundtdienstbarkeiten, und weiter nit zuverstehen. 3

Landtrecht
Titulus XXVI. Articulus VII.
SUMMARIA.

1. *Servitus urbana non utendo amittitur, si simul factum domini, prædii servientis concurrat.*
2. *Secùs procedit in servitute rustica de jure communi.*
3. *Jus Bavaricum potiùs, & notanter eò respicit in amissione servitutum per non usum, an servitus sit continua, vel discontinua.*

QUoad amissionem, vel extinctionem servitutum prædialium communis est ea interpretum distinctio inter servitutes urbanas, & rusticas, quòd utraque servitus non utendo quidem amittatur, sed ad hoc, ut urbana extinguatur, præterea & simul factum aliquod requiratur illius, cujus prædium servit, v. g. obstructio foraminis, ubi tignum potuisset immiti, text. *in L. hæc autem jura.* 6. §. *item si tigni.* 1. *ff. de servit. præd. urban.* Secùs ac in servitute rustica, ubi factum domini fundi servientis nullum, sed sola cessatio illius, cui servitur, requiritur, Henr. Cœs. *ad ff. quemadmodum servit. amit. n.* 8. Joan. Brunneman. *ad cit. L.* 6. *ff. de servit. præd. urb. n.* 2. & 3. Jus autem Patrium non ita præcisè ad hanc prædictam servitutis urbanæ, & rusticæ distinctionem, sed potiùs ad eam respicit, quæ fit inter servitutes continuas, & discontinuas, dum ad amissionem, seu extinctionem servitutis continuæ quæ non utendo durch den unbrauch allein, fit, indistinctè, & nullo adhibito discrimine inter servitutem rusticam, & urbanam semper

(margin numbers: 1 beside "QUoad amissionem"; 2 beside "servit. præd. urban."; 3 beside "præcisè ad hanc")

actum præscribentis, seu extinguentis contrarium, seu factum aliquod illius, cujus prædium servit, requirat juxta tenorem *art. 7. hoc tit. 26.* ibi: Deßgleichen erlischt solche auch durch einen unbrauch, doch mit disem underschid, wann es dienstbarkeiten seyn, die keinen underbruch haben, und der Nachbawr bauet, oder thut etwas, dardurch der ander sein dienstbarkeit nit mehr brauchen kan, so thut solche dienstbarkeit zwischen denen, welche im Landt, in zehen, und denen, so ausser Landts, in zwainzig Jahrn erlöschen 2c.

Landtrecht

Ad eundem Tit. XXVI. Art. VII.

SUMMARIA.

1. *De jure Bavarico servituti rusticæ continuæ cum mala fide non præscribitur.*
2. *Secùs servituti rusticæ discontinuæ.*
3. *De jure communi servitutes rusticæ cum mala fide extinquuntur.*
4. *Quid si servitutis discontinuæ usus non sit continuus, sed interruptus: quo modo præscribatur?*
5. *Circà intervallum horæ, diei, aut temporis diurni, & nocturni utrumque jus convenit.*
6. *Circà tempus hebdomadale videtur jus Bavaricum distare à jure communi.*
7. *Si intervallum est mensis, anni, triennii, aut plurium annorum, tunc tempus duplicatur.*
8. *Quam duplicationem aliqui de decennio, non autem vicennio intelligunt.*
9. *Quapropter aliqui consequenter differentiam inter jus Bavaricum, & commune statuunt.*
10. *Nos tamen de hac differentia subsistimus in Patrio jure.*

1 EX quibus aliam consequentem deducit differentiam illustris juris Patrij Interpres *ad hunc art. n.* 13. quòd scilicet, supposita hac constitutione Bavarica, extinctio servitutum rusticarum continuarum per non usum fieri nequeat cum mala fide juridica, cùm præscribentis factum, 2 quod jure Patrio requiritur, eum constituat in mala fide theologica. Secùs in præscriptione servitutum rusticarum discontinuarum, ubi dominus prædij servientis nihil tenetur facere, sed tantùm pati, adeóque, cùm dominum prædij dominatis monere non obligetur, rectè per non 3 usum cum mala fide juridica præscribit: Attamen de jure communi, ubi

in-

indistinctè omnes servitutes rusticæ per non usum etiam cum mala fide juridica, ut ajunt, extinguuntur, ut constans est interpretum mens *in L. si partem.* 19. *ff. quemadm. servit. amitt.* Molin. *de I. & I. tract.* 2. *disput.* 66. *conclus.* 4. & 5. Henr. Zoes. *cit. tit. ff. quemadm. servit. amitt. n.* 9. Can. *ad Cap. fin. de præscript.* Sed quid si servitutis discontinuæ usus non sit continuus, seu perpetuus, sed ex pactione, & conventione expressa constituentium, vel in certas horas, in certos dies, hebdomadem, mensem, annum &c. vel etiam in tempus diurnum, aut nocturnum &c. restrictus, & determinatus, an eodem tempore, & eadem ratione non utendo servitus hæc extinguatur? & distingui oportet inter temporis, ad usum, & exercitium hujus servitutis discontinuæ concessi, spatium; 4
Et circà intervallum horæ, diei, aut temporis diurni, vel nocturni, utrumque jus convenit, in admittenda præscriptione, seu extinctione 10. vel 20. annorum: text. & DD. *in L. si sic constituta.* 7. *vers. si verò alternis diebus. ff. quemadm. servit. amitt.* Stat. Bav. Landtrecht. *tit.* 26. *art.* 7. verbis, ibi: Seines aber Dienstbarkeiten, die mit Underbruch gebraucht werden, so ist wider ein Underschid zuhalten, dann eintweders ist einer befugt, solche Dienstbarkeiten nicht jederzeit, wann es die Gelegenheit, und Notturfft erfordert, sondern allein umbgewechßlet zugebrauchen, und da solche Umbwechßlung nur auf ein Stund, einen Tag, oder Wochen, umb die anderen beschicht, so wirdet sie inner Zehen, zwischen die im Landt, und zwainzig Jaren, zwischen denen, so ausser Lands, durch Unbrauch verlohren &c. 5
At cùm præmemorata constitutio verbis: oder Wochen, etiam tempus hebdomodale pro breviori intervallo habeat, econtrà alij cum Donell. *lib.* 10. *com. jur. cap. fin.* & clariss. D. Widmont. *ad ff. quemadm. servit. vind. n.* 38. aliisque septimanas ad longiora intervalla accenseant, & sic tempus duplicari, ut statim dicemus, velint *cit. L.* 7. *ff. alleg. tit.* differentiam in hoc passu admittit Illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 17. 6
Quòd si verò intervallum mensis, dimidij anni, unius anni, triennij, aut adhuc plurium annorum fuerit expressum, & pactione præstitutum, tempus præscriptionis duplicari, & eam servitutem non nisi 20. annis inter præsentes, & 40. annis inter absentes extingui, docent plerique interpretes *in d. L. si sic constituta. ff. quemadm. servit. vind.* Brunneman. *ibidem* D. à Widmont. *d. n.* 38. convenit jus Patrium, verbis fin. *d. art.* 7. Hat aber jemand ein Dienstbarkeit allein ein Monat, oder Jar, umb daß ander zubrauchen, so wirdet zu Verlierung derselben, doppelte Zeit, nemblich zwainzig, und viertzig Jahr erfordert. 7
Quamvis & non desint, qui de jure communi tempus decennij, minimè verò tem- 8

 pus

pus vicennij rursùs duplicari censent, tum, quòd tempus 20. annorum jam semel à jure ex capite absentiæ sit duplicatum respectu decennij, Gloss. & Int. *ad L. cùm talis*, 14. *in prin. Cod. de servit. & aqua.* Ant. Perez. *ibid. n.* 29. tum, quòd ultrà 30. annos non facilè deberet præscriptio extendi, Bald. & Arg. *in L. cùm notissimi.* §. *in his. Cod. de præscript.* 30. *annorum.*
9 Quorum opinionem cùm sequatur illust. D. B. Schmid. *n.* 16. eo ipso, notabilem inter jus commune, & Bavaricum discrepantiam intercedere, docet;
10 Sed planè nos subsistimus, & potiùs cum clariss. D. à Widmont. *d. n.* 38. etiam jure communi vicennium duplicari censemus, ob generalia *cit. L.* 7. verba: *duplicato constituto tempore amittitur &c.* vid. & cit. Waizenegg. *dissert.* 1. *cap.* 8. *n.* 9. neque omninò nos movet, *antè allegata L.* 14. *Cod. de servit. & aqua*, quæ contrariæ opinionis est potissimum fundamentum; etenim cùm ibi dicatur, servituti itineris, ad singulum quinquennium constitutæ, intrà quatuor quinquennia, seu 20 annis præscribi, hoc intelligendum videtur de præscriptione 10. annorum, anteà *in L.* 7. *ff. quemadm. servit. amitt.* hoc in casu duplicata, & ad 20 annos extensa, quæ fit inter præsentes, non autem, quasi cit. textus loquatur de præscriptione inter absentes, cùm verba *pactus erat cum vicino suo*, utrumque præsentem fuisse, & dominum prædij dominantis, & servientis autument: præsertim cùm extensio etiam ad 40. annos, & in jure duplicatio repetita non obsit, quæ fit ex duplici, & diversa causa, uti hæc, ubi una duplicatio temporis ordinarij à decem ad viginti est facta ex causa absentiæ, alia duplicatio rursùs fit alia ex causa, quòd servitute non nisi per intervalla licuerit uti, ergò æquum erat, hujus quoque posteà, sicut antè absentiæ, haberi, rationem, & huc inclinare videtur Brunneman. *ad L. fin. Cod. de servit. & aqua n.* 6. & 18.

Landtrecht
Titulus XXVII. Articulus VIII.

SUMMARIA.

1. *Regulariter nemo se sine judice, propria auctoritate, vindicare, aut res alterius capere potest.*
2. *Non licet de jure communi aliena pecora ex agris suis expellere, aut detinere, vel pignorare.*
3. *De consuetudine aliud quid obtinet.*
4. *Prout etiam in Bavaria ejusmodi pignorationes sunt permissæ.*

5. *Quid*

5. *Quid pignorans agere debeat, si non expedit ejusmodi pignora alimentare.*
6. *Varij sunt in Patria istarum pignorationum modi.*
7. *Qua ratione istis pignoribus captis procedatur?*

TOtus hic *titulus* 27. von Schäden, die jemanden an seinen Gütern, oder Vich beschehen convenit *tit. ff. Cod. & Inst. si quadrupes pauperiem &c. de L. Acquilia, & damn. dat.* & parùm vel omninò non ab ijs videtur recedere, aut singularia proponere; id solùm annotare voluimus, quòd jure communi in confesso sit, nemini licitum esse, se sine judice vindicare, aut alterius bona, vel res capere, occupare, aut detinere, Atque hinc *in L. Quintus Mutius.* 39. §. *Pomponius.* 1. *ff. ad L. Acquil.* in terminis statuatur, dominum fundi, quamvis alienum pecus in suo agro deprehendisset, sic illud debere expellere, quomodò si suum deprehendisset; quoniam si quid ea ex re damnum cepit, habet proprias actiones &c. ex quo communiter colligunt Interpretes, jure communi pignorationes, inclusiones, & detentiones alienæ pecudis non debere fieri, nisi forsan eo fine includantur, ut cognoscatur, quis sit dominus, ut limitat Mevius *part.* 1. *decis.* 34. *n.* 13. & alii, quos citat Brunnem. *ad d. L.* 39 *n.* 3. Attamen non tantùm de universali consuetudine hodierna ejusmodi pignorationes, & inclusiones animalium, quæ damnum dederunt, usque dum satisfactum sit, passim permitti, testatur cum aliis à se relatis cit. Brunnem. *d. loco. n.* 4. Sed etiam jure statutario in Patria expressè cautum est, pecus alienum in suis agris deprehensum propria auctoritate à damnum passo occupari, capi, includi, altero tamen statim die ad judicem deduci, vel agi debere, ut inibi sine ulteriori tumultu satisfactio debita ratione demandetur: *art. 8. hoc tit.* 27. ibi: Welcher, wie recht, und jedes Orts gebräuchig ist, Vich gepfendt hat, der soll es länger nit, dann über Nacht in seiner Verwahrung behalten, und deß andern Tags, da er füglich kan, alsbalden zu Gericht treiben rc. Quòd si autem judex nimium distet, aut aliàs pignoranti proficuum, aut commodum non videatur, ejusmodi pignora, quæ alimentis, & pabulô indigent, essende Pfandt, magnis sæpè expensis per longius tempus detinere, jure Bavarico ulteriùs saluberrimè, quid pignorans agere debeat, in terminis sic provisum, & constitutum est: Were er aber etwas zu weit vom Gericht, daß es dahin nit füglich zetreiben, soll er das Vich deme, welchem es zugehört, ihme dafür ein unessend Pfandt zugeben, anbieten, wolte aber der Gepfendte kein unessend Pfandt geben, soll der ander ihme das Vich in beysein zweyer Nachbarn, auch ohne Pfandt zustellen, und der

I (margin, beside line 1) · 2 (beside "alterius bona… Atque hinc in") · 3 (beside "vius part. 1.") · 4 (beside "Brunnem. d. loco") · 5 (beside "Quòd si autem judex")

zweyen

zweyen Nachbarn kundtschafft an statt deß Pfandes sein, auch die Verhörung der zweyen Nachbarn auff dessen Unkosten, welcher kein unessend
6 Pfandt geben wöllen; beschehen ꝛc. Quin ex praxi non paucorum locorum in Bavaria vidimus, ad evitationem impensarum, in ejusmodi pignorata animalia faciendarum, moris esse, ut damnum passus, vel etiam camporum, & sylvarum custodes, Feldthay, Feldthüeter, Flurer, Forsthay, & similes, animalia, damnum inferentia, ad dominum remittant, vel reducant, & sive à volente, sive ab invito domino locò pignoris ex porta ædium, vel è fenestris aliquid v. g. ein Laden vom Fenster, aufferant, ad judicem deferant, & hanc minimam etiam rem locò
7 pignoris habeant; interim tamen ejusmodi pignora, aut alia ad judicem delata aut deducta tamdiu asservantur, aut loco, ad pignora destinato, in die Pfandtställ includuntur, donec reus citatus, aut si sub alterius judicis territorio sit subditus, ad literas mutui compassûs remissus, de damno, & omnibus impensis etiam judicialibus satisfaciat, ita quidem, ut, si fortè pignus datum luere nolit, post triduum secundùm dispositionem *tit. 4. art. fin.* deß Gandtproceß, publicè vendatur, & ex pretio, inde comparato, expensæ, & totum damnum resarciatur; *vel* etiam, si forsan pignus sufficiens non sit, judici potestas, & facultas non deerit, quovis modo pignoratum, & conventum puniendi, & ad debitam satisfactionem cogendi, ut latiùs tradit D. B. Schmid, *ad art. 8. tit. 27.*

Landtrecht
Titulus XXVIII. Articulus I.

SUMMARIA.

1. Titulus *hic integer potiùs est declarativus, quàm dispositivus.*
2. *In obligatione alternativa regulariter est electio debitoris.*
3. *In exsolvendis decimis variæ sunt locorum consuetudines.*
4. *Quid in Bavaria in favorem decimatoris sit introductum?*
5. *An in Patria contrà hanc juris Bavarici constitutionem nulla operetur contraria observantia, & præscriptio?*
6. *Negativa non videtur esse improbabilis.*
7. *Affirmativam tamen alii communiùs tenent in Patria.*
8. *Cui opinioni praxis Bavariæ adstipulatur.*

1 Titulus hic integer agit de difficili, & in praxi, ac theoria celeberrima deci-

decimarum materia von den Zehenden; at, cùm hunc *Titulum* potiùs declarativum, quàm dispositivum esse, testetur Illust. D. B. Schmid. *ad art.* 1. *hoc tit. in prin.* ideò & nullas inter utrumque jus differentias assignat, vel exinde deducit *cit.* Illust. juris Patrij Interpres: hinc & nos manum de tabula, ne videamur velle falcem in alienam mittere messem, pauca tamen per modum duntaxat differentiarum succinctè annotabimus, quæ declaratione, & scitu in praxi non erunt adeò indigna: pri- 2
mum occurrit, quòd alias de jure receptum sit, in alternativa obligatione debendi, vel alternativo solvendi modo regulariter debitoris esse electionem, quid, & quomodò velit debitum exsolvere, text. *In L. plerumque.* 10. §. *ult. in fine. ff. de jure dot.* Hart. Pistor. *lib.* 3. *q.* 4. *n.* 7. Carpz. *part.* 2. *const.* 29. *defin.* 18. & passim ibidem Interp. Hinc in puncto juris 3
forsan dubitari possit, anne fideles parochiani, decimas præstantes, obligati sint, ad lubitum decimatoris decimas has vel in agro, & manipulis, vel in horreis, vel in granis pendere, vel an potiùs ipsis tanquam debitoribus liberum sit, unum ex his modis solvendi decimas eligere: de quo, licèt varij variè sentiant *ad Cap.* 1. & *Cap.* 7. *de decimis.* & varias hac super re esse consuetudines, & observantias locorum diversas, abundè praxis testatur, ita & in favorem decimatoris hoc in Bavaria sequenti modo est decisum, & declaratum *in art.* 1. *hoc tit.* Es sol auch in eines 4
Zehentherrn freyen wahl und willen stehen, seinen Zehent auf dem Feld, in dem Stadel, oder da er sich mit dem Baurn deßhalben vergleichen wolte, in den Sack an Kerner zefangen, dessen ihme auch der Zehentman, unangesehen, ob ein anders bey demselben zuvor im brauch gewesen, statt zethun, und darumben dem Zehentherrn, ob er die Zehentfengung auff dem Feldt thun wolt, den Tag seines vorhabenden Schnidts zeitlich zu verkündigen schuldig sein sol. Sed cùm circa modum solvendi decimas 5
variam, & diversissimam esse consuetudinem locorum dixerimus & *cit. art.* 1. his verbis utatur, dessen ihme auch der Zehentman, unangesehen, ob ein anders bey demselben zuvor im brauch gewesen, statt zethun, non modica ea est difficultas, anne nec consuetudo, nec præscriptio contrà hanc constitutionem Bavaricam, & decimatori inibi concessum arbitrium, admittatur? Et certè negativa videtur satis probabilis, tum, 6
quòd statutum hoc Bavaricum apertìs verbìs etiam omnem contrarium usum, & consuetudinem expresse abroget: tum, quòd ex parte decimatoris modus, & forma decimas colligendi, sit vi istius constitutionis actus meræ facultatis, qui tam facilè non præscribuntur, ut refert clariss. D. Bassus *in semicent.* 2. *controv.* 32. *n.* 4. & 5. At affirmativam 7

sententiam amplectitur idem cit. D. Bassus *d. loco n. 6.* colendiss. D. Parens *tract. de decimis. cap. 6. assert. 64. n. 3.* ita, ut saltem tempus immemoriale sufficere, dicant, præscriptionem contrà hanc constitutionem inducere, & Parochum, vel decimatorem obligare, ut decimas v. g. in agro præcisè colligat, Pet. Rebuffus *tract. de decimis. quæst. 13. n. 53. in fine.*
8 Quin & in jure indubitatum est, per contrariam consuetudinem, legitimè introductam, etiam legem scriptam, & contrariam abrogari, text. & Int. *in L. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo. Cap. fin. extrà de præscript.* atqui in Bavaria in plerisque locis per contrariam consuetudinem hanc constitutionem ita esse abrogatam, ut passim decimatores suis sumptibus decimas ex agro in manipulis avehant, praxis testatur, & demonstrat, ergò probabilius est, hanc constitutionem & potuisse per contrariam observantiam abrogari, & in multis Patriæ locis de facto esse abrogatam. vid. colendiss. D. Parens *d. locô. n. 3. 4. & seq.* cit. clariss. D. Bassus. *n. 6. n. 10. & seq.* quò & ea faciunt, quæ *in art. 2. 3. & 4. sequentibus* explicantur, & declarantur, qua ratione, formâ, & modò decimæ sint præstandæ.

Landtrecht
Titulus XXVIII. Articulus VII.
SUMMARIA.

1. *Custodibus portarum in Civitatibus, & Oppidis non licet, à frumento, quod invehitur, quicquam petere, ut ut passim ab aliis rebus invectis aliquid auferant.*
2. *An Cooperatores, aut Capellani possint à Parochianis aliquid prætendere?*
3. *Quid de fabris, æditius, balneatoribus, pastoribus, aut etiam apparitoribus sit jure Patrio statutum?*
4. *An communitas rusticana possit frumentum, quod balneatori concesserat locô salarii, in pecuniæ præstationem permutare?*
5. *Refertur in simili causa casus practicus de fabro rurali.*

1 ILlud in jure Bavarico singulare est, quòd custodibus portarum denen Thorwärtern, aliquod ex invecto, & illato frumento, v. g. de una vectura manipulum, aut simile quid acceptare in Bavaria expressè sit prohibitum, verbis: *art. 7. hoc. tit.* Die Thorwarter sollen sich nit understehen under dem Schein, daß sie zu Erndtzeiten die Thor etwann früer auffthun, und spater sperren müssen, von den Traidtfuedern ein

Garb

Garbʒennemmen, ea, ut opinamur, ex ratione, quia aliàs ejusmodi homines ſuum ſalarium, & accidentia, queis ſe ſuſtentare poſſint, habeant, & ne illi, qui agris colendis diu, noctúque operam impendunt, nimiùm onerentur, aliunde, & aliis præſtationibus ſatis onerati, licèt quotidiana experientia teſtetur, ejusmodi cuſtodes ex conſuetudine fermè univerſali à ſingula vectura ligni v. g. unum ſegmentum, aut ſectum acceptare, quin & ſimiliter à ſingula vectura raparum, & ſimilium Kraut, und Rueben, ſolere unam portionem, vel unum citratum prætendere, aut potiùs rapere; De aliis autem, ut de Cooperatoribus, vel 2
Capellanis, ut dicunt, illud eſt ſtatutum in Bavaria, quòd illis multis in locis à parochianis agricolis aliquid pendatur, quod vocant die Samblung, quam præſtationem parochiani plerumque pro lubitu, & modulo ſuo pendere ſolent; neque jus habere videntur Cooperatores iſtud petendi, cùm nullus in jure Canonico textus hoc inducat, niſi ab antiqua obſervantia debita ratione hoc poſſint probare, & demonſtrare, *per verba art. noſtri*; Will aber jemandt dem Geſell Prieſter 2c. Ein Garb geben, oder were ihnen die, alten herkommens halben ſchuldig, ſol ers thun, von ſeinem aignen Getraidt, dem Zehentherrn an ſeinem Zehent unentgolten: Idem ſtatutum eſt, & obſervatur de fabris, balnea- 3
toribus, æditius, paſtoribus, & apparitoribus, von Schmidt, Bader, Hüeter, Schergen, und auch dem Meſſner (wegen deß Leutens) tempore ſcilicet fulgurum, & tempeſtatum adverſarum, ita, ut, ſi velint, vel etiam ex antiqua obſervantia obligati ſint, manipulum exſolvere, id etiamnum præſtent: Sed dubium movebatur nobis antè trien- 4
nium, anne ruſticana communitas, quæ ex antiqua obſervantia balneatori ex ſingula qualibet domo modium frumenti præſtabat, poſſit hoc immutare, & impoſterùm certam quantitatem pecuniæ exſolvere? & opinabamur, non poſſe ruſticis hanc facultatem denegari, eò quòd hæc præſtatio unius modij, à ſingula domo eſſet locô ſalarij, id quod ex arbitrio dantis, & conſtituentis ſalarium videbatur dependere, modò tamen congruam eidem aſſignent ſuſtentationem, cùm communitatis, & boni communis interſit, in pagis etiam, præſertim majoribus, ejusmodi balneatores haberi, quin & hanc congruam portionem conſuluimus à Judice debere, & poſſe determinari. Alius nobis obve- 5
nerat caſus, quo Faber in pago G. à quolibet agricola unum modium frumenti annuum percipiebat cum hoc onere, ut in pago illo ſingulis colonis pro pretio ad ſingula determinato, & reſtricto, laboret, v. g. ut plauſtrum novum ferrô debita ratione elaboret pro tribus florenis rhe-

nanis, aut equum calceat, pro uno pede duobûs obulîs exſolutîs: is poſtmodùm impoſſibilitatem prætendens, duos modios poſtulabat; negabant ruſticani, antiquiſſimæ obſervantiæ, & juri ſuo innixi, ſed re à judice perpenſa, eò fuit transactum, ut impoſterùm nihil ampliùs fabro pendatur, is tamen in aliis locis conſuetam, & debitam impoſterùm peteret mercedem, ut ut hac tranſactione fabrum contentum non fuiſſe, ſciamus, cùm per hoc ruſticani ad alios fabros, & in proximas civitates, ac oppida convolarent; quæ & ſimilia plura inter ruſticos in conventibus illis, & judiciis publicis, Ehehafft gerichten, plerumque tranſiguntur, & deciduntur.

Landtrecht
Titulus XXVIII. Articulus VIII.
SUMMARIA.

1. *Si pro decimis certa pecunia, vel tritici quantitas eſt exſoluta, an ejusmodi obſervantia diuturna decimatori obſit?*
2. *Sunt non pauci, qui tempus immemoriale decimatori obeſſe, ajunt.*
3. *Videtur jus Bavaricum aliud quid, voluiſſe, inducere.*
4. *Antiqua obſervantia, & tempus immemoriale circà decimarum exſolutionem multùm operatur.*
5. *Niſi forſan quot annis de novo cum parochianis ſuper decimarum exſolutione decimator contraxerit.*
6. *Id quod in caſu practico demonſtratur.*

1 INſignis, pariter & frequens eſt controverſia, ſi parochiani decimarum locô ſingulîs annîs à tempore immemoriali certam pecuniæ ſummam, aut ſpecificam frumenti quantitatem exſolverint, an poſteà pro lubitu decimatoris pretium augeri, aut decimæ in natura peti poſ-
2 ſint? Et non deſunt, qui temporis immemorialis, & antiquiſſimi, eam eſſe opinantur efficaciam, ut decimatori immemoralis obſervantia præjudicium afferat, & à parochianis in vim præſcriptionis, privilegii, vel tituli allgari poſſit, Pet. Rebuff. *de decim. quæſt.* 13. *n.* 46. & plures alii, quos citat colendiſſ. D. Parens *ad cit. tract. de decimis aſſert.* 65. clariſſ. D.
3 Baſſus *antè cit. ſemicent.* 2. *controv.* 32. Quibus tamen contraria videri poteſt conſtitutio Patria *in art.* 8. verbis: Wie der Zehentherr mit seinem gebürenden Zehent handlet, denselben an Kerner, oder an Gestrew, auff dem Feldt, oder sonsten verkaufft, verläst, oder selbs einfenget, darein

darein sol ihme der, so den Zehent zegeben schuldig ist, nichts zereden, noch daran ainige Verhinderung zethun haben, uneracht er fürgebe, daß man ihm vil Jar das Gestrew gelassen, und den Zehent verkaufft hette, dann hierin kein gewehrhafft, oder verjärung, wie alt die seye, 4
sol statt haben. Sed certè, quanquàm, ut & antè *ad art. 1. hoc tit. 28.* est dictum, circà modum solvendi decimas, an in agris, an in horreo percipi debeant, tandem per tempus immemoriale, & antiquissimam observantiam sua ratione præscribi, & certum modum perpetuò induci posse, quo decimæ pendantur, Canonistæ existiment, cùm ipsæ decimæ in hoc casu non, sed tantùm earum solutio, & præstatio, quæ nihil est spirituale, præscribatur, ut benè loquitur illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. in fine*, & faciunt, quæ tradit doctiss. Covarruv. *cap. possessor. p. 2. §. 4. n. 6. de R. J. in 6.* Attamen nos hanc constitutionem ita in- 5
telligimus, quòd, si quot annis, ut communis est mos, decimæ à decimatoribus de novo vendantur, aut concedantur alicui pro certa pecunia præstanda, vel frumento, wann alle Jar, der Zehent beritten, und verstüfft, oder verkaufft wird, hoc casu etiam longissimâ observantiâ, aut tempore immemoriali decimatori non ita præjudicetur, quin liberam habeat facultatem, hac, vel illa ratione decimas colligendi, huic, vel alteri concedendi, aut pro pecunia, aut frumento, & tritico, hac vel illa sub conditione vendendi: *arg.* eorum, quæ tradit clariss. D. Manz. *decis. Palat. q. 49. n. 13. & seq.* Atque sic, cùm antè ali- 6
quot annos oppidani quidam consilii causâ venissent, & exposuissent, monasterium B. quod decimas colligit eo in oppido, semper consuevisse à tempore immemoriali ipsis oppidanis annis singulis, & quidem quolibet annô, uni quartæ oppidanorum specialiter, einer viertl der gantzen Gemain (ea communitas in 4. partes divisa erat) & sic in effectu in quatuor annis omnibus oppidanis concessisse decimas pro hac, vel illa quantitate pecuniæ, aut tritici; isto autem anno unum ex suis cooppidanis Titium, reliquis robustiorem, & ditiorem, persuasisse dominos decimatores, & obtulisse unâ scaphâ plus, quàm reliqui, atque sic eò permovisse, ut ipsi soli, illâ quartâ præteritâ, quæ isthoc anno aliàs debuisset percipere, decimæ fuerint concessæ, & relictæ: atque sic crederent illi, se jus habere conquerendi, & ex titulo observantiæ immemorialis decimatores cogendi, ut in concedendis decimis antiquum morem servent; respondimus, quòd, cùm decimatores singulis annis specialiter, & de novo consuevissent vendere, aut locare, hoc jus percipiendi decimas, illis omninò liberum sit, cui, & quomodo velint,

T 3 loca-

locare, aut vendere, aut concedere; quòd si autem forsan sine prævio novo contractu quot annis solverentur certæ pecuniæ jam consuetæ, ut in multis locis, der Kraut Zehent præstatur, forsan aliud esset dicendum, ut praxis, & observantia certè varia, & varia ostenderet, & nos Canonistis relinquimus principaliter decidendum.

Landtrecht.

Titulus XXVIII. Articulus XIII.

SUMMARIA.

1. *Novalia quid sint, & quomodo de jure Civili, Canonico, & Bavarico definiantur?*
2. *Novalia de jure Canonico pertinent ad Parochum loci, etiamsi alius forsan jus decimandi habeat.*
3. *De jure Bavarico primò trienniò pertinent ad Parochum, deinde ad illum, qui decimas in illo loco percipit.*
4. *Declaratur, quod hæc constitutio juris Bavarici juri Pontificio non sit contraria.*

1 NOvalia, Neuprüch, Neyreith, Nobländer, Vorländer, de jure Civili dicuntur terra proscissa, quæ annô cessavit, *L. sylva. 30. §. novalis. ff. de V. S.* vel quæ excisâ sylvâ in formam agri est redacta *L. 3. in fin. ff. de term. mot.* De jure Canonico *in Cap. quid per novale. 21. de V. S.* definitur novale, *ager de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuisset:* clariss. D. Henr. Canis. *de decimis. cap. 11. n. 1.* in Bavaria novalia ita describuntur: Da hie vor weder Furch noch Strang geschehen, auch nie etwas angebauet worden, und hernach umbgerissen, und gebauet würdet, das haist, und ist ein rechter Neupruch: Landtrecht. *tit. 28. art. 13.* videatur latiùs rem deducens D. Joan. Werndle *tract.* von Zehentrecht. *lib. 4. Cap. 1.* colendiss. D. Parens *de decimis assert. 50.* & Canonistæ *ad Cap. cit. 21. de V.* S. & *Cap. quoniam. 13.*
2 *Cap. cùm contingat. 29. de decimis.* Et ex his novalibus de jure communi Canonico decimæ regulariter spectant ad parochum loci, vel etiam ad illud monasterium, vel capitulum, cui parochia est incorporata, & sic locò parochi habetur *cit. Cap. 13. & Cap. 29. extrà. de decimis.* ita quidem; ut, licèt forsan decimæ ejusdem Ecclesiæ parochialis ab alia Ecclesia, vel alio decimatore non parocho præscriptæ sint, nihilominùs deci-

decimæ novalium ſint parocho loci debitæ Int. *in d. Cap. 29. de decimis.* Didac. Covaruv. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 13. clariſſ. D. Nic. Everhard. *conſil. vol.* 2. *conſil.* 36. *n.* 2. & 3. Cui juris communis 3
canonici diſpoſitioni videri poſſet omninò contrarium jus Bavaricum, dum ſtatuat hoc caſu, quo alius, quàm parochus loci decimas percipiat, has decimas novalium per triennium parocho loci, dein autem in perpetuum decimatori illi, qui aliàs decimas percipit, deberi; verbis *art. cit.* 13. und von demſelben gehört der Zehent, die drey erſte Jar einem Pfarrhern deſſelben Orts, aber folgends dem, der ſonſt den Zehent der enden hat ꝛc. Sed neutiquam 4
diſcrepant jus Canonicum, & Bavaricum, ſicut & contraria eſſe non vellent, & non poſſent, etenim, cùm jure Patrio primô trienniô decimæ novalium Parocho loci, reliquo tempore decimatori adjudicentur, id conſtitutum eſt ex antiquiſſima totius Patriæ obſervantia, & conſuetudine, vi cujus jam primis ſæculis decimæ novalium, Parocho per triennium, & alteri decimatori de reliquo ceſſerant, ut benè advertit illuſt. D. B. Schmid. *ad. d. art.* 13. *n.* 4. & 5. Neque id contrà jus canonicum eſt, cùm hoc jure tunc decimæ novalium parocho loci adjiciantur, quando nullus alius decimator rationabilem cauſam oſtendat, per quam appareat, novalium ad eum decimas pertinere, ut in terminis loquitur S. P. Innocentius III. *in d. Cap.* 29. *in fine. de decim.* at antiquiſſimam conſuetudinem, & obſervantiam immemorialem plurimùm operari in materia decimarum, conſtans eſt Canoniſtarum opinio, *in Cap.* 18. *extrà de decimis.* vid. clariſſ. D. Baſſus *ſemicent.* 2. *controv.* 29. & *ſeq. aliquot.* cit. Nic. Everhard. *vol.* 2. *conſ.* 35. *n.* 4. & *conſ.* 36. *n.* 6. Rebuff. *de decim. quæſt.* 6. *n.* 14.

Landtrecht
Titulus XXVIII. Articulus XVII.
SUMMARIA.

1. *Dum hanc materiam paucis declaramus, nolumus cuiquam præjudicare.*
2. *In cauſa decimarum Judex Eccleſiaſticus eſt judex competens.*
3. *De jure Bavarico declaratur, quando judex Laicus ſit competens in cauſa decimarum.*
4. *Quid juris ſit, ſi agatur de ſola decimarum poſſeſſione.*

DUm hanc materiam de decimis paucis, & ea duntaxat, quæ in jure 1
Patrio forſan non ita plana videri poſſent, declaramus, nolumus cui-

cuique quicquam præjudicari, pauca duntaxat ſuccinctè addentes, ut jam præmonuimus, ne forſan videamus voluiſſe hoc, vel illud negli-
2 gere, aut ſicco pede præterire: Et dum *hic art. ult. tit.* 28 quomodo materia decimarum ſua ratione non ſolùm ad judicem Eccleſiaſticum pertineret, ſed & quandoque ad judicem ſæcularem, id repetit, quod in concordatis, cum vicinis dominis Ordinariis *anno* 1583. initis, erat conventum: etenim ſicut fatetur ipſe *art.* 17. decimarum materiam in cauſis principalibus, & proprietatem, aut jus ipſum decimandi tangentibus, judicem Eccleſiaſticum eſſe omninò competentem, text. & Int. *in Cap. parochianos.* 14. *de decimis.* Stat. Bavar. *hôc locô* verbis: Alſo ſolle auch denen Herrn Ordinarien in erkandtnus der Zehentsſachen ihr Recht unbenommen ſein ꝛc. Attamen aliquos caſus, etiam à juris Ca-
3 nonici interpretibus exceptos, pariter excipit *cit. art.* 17. per verba doch gehören dieſelben in etlichen gewiſſen Fällen, ſo im Rechten zugelaſſen, auch für die weltliche Obrigkeit ꝛc. Ut primò, ſi decimæ laicales, & uterque actor, & reus, vel ſaltem reus conventus ſit laicus, als die jenige, verba ſunt *d. art.* 17. darzu nunmehr die Layen recht haben, und da beyde Partheyen, oder der beklagt allein ein Lay iſt ꝛc. eò quòd hæ decimæ, ex conceſſione Pontificia laicæ factæ, naturam ſpiritualitatis dudum exuerint, ut loquitur D. Cancellarius *ad. d. art. n.* 2. de quibus & plura tradit D. Baſſus *ſemicent.* 2. *controv.* 26. *per tot.* Secundò in cauſis, ipſos temporales, contractus, duntaxat ex cauſa decimarum initos, concernentibus, item in den zeitlichen Zehents contracten, da allein die Frücht der Zehenten auff ein Zeit verkaufft, oder verlaſſen werden ꝛc. Tertiò ſi tantùm agitur de decimarum ſolutione, auch da umb die Bezahlung, oder Außſtand ꝛc. hoc eſt, an ſint ſolutæ, an omnes, an pars, an fideliter: prout in caſu vidimus, ruricolam fuiſſe coram judice ſæculari conventum, quòd per aliquot annos ſolitus fuerit decimum manipulum, pro decimis aſſignatum, ſemper notabiliter minorem conficere: qui dein à parocho deprehenſus, & à vicino proditus egregriè, & jure merito fuerat punitus. Demùm quartò ſi in poſſeſſorio, ſeu de mera,
4 & nuda poſſeſſione agitur, oder innhaben der bloſſe Streitt, und frag iſt ꝛc. ut ait textus *in cit. concordatis*, id quod tamen non ita nudè, & ſimpliciter videtur aſſerendum, ſed duntaxat tunc procedit, ſi reus conventus ſit laicus; etenim ſi clericus ſit reus conventus, etiam in poſſeſſorio coram judice Eccleſiaſtico convenitur, & ſic, licèt hoc caſu jurisdictio laicalis ex cauſa poſſeſſionis non impediatur, impeditur tamen ex cauſa perſonæ clericalis, ut benè docet cit. D. Baſſus *ſemicent.* 2. *controv.* 25. *n.* 5.

Es

& 6. præsertim, cùm verba concordatorum, und da die beyde Parteyen, oder der beklagt allein ein Lay ist, primæ causæ, in concordatis expressæ, adjecta, etiam ad reliquas causas sint subintelligenda, ut monet D. B. Schmid. *ad art. hunc* 17. *n.* 9. Pariter & jurisdictio laicalis cessat, si possessorium aliquid proprietatis habet adjunctum, ita ut simul proprietatis quæstio inde dependeat tota, aut notanter incidat, ut latè deducit cit. D. Bassus *d. controv.* 25. *n.* 12. vid. colendiss. D. Parens *assert.* 87. & *mult. seq.* quò nos remittimus, cùm mens, & thesium ratio non sit, pluribus in similes materias excurrendi, vel easdem defendendas suscipiendi.

Landtrecht
Titulus XXX. Articulus I & II.
SUMMARIA.

1. *Quid sit via publica, quis eam reficiat ? remissivè.*
2. *Si duo currus in via obvient, quis cedere debeat.*
3. *Quid si duo currus onerati veniant obviam;* & *n.* 4.
5. *Currus levior, aut viator expeditior magìs onerato cedere debet.*
6. *Currus celeriter dispositi ubique præcedunt.*
7. *In pari causa locus est gratificationi.*

QUid sit via publica ein freye Landstraß, aut etiam ein ehehaffter Wagenweeg, quomodo ejus latitudo, & commoditas conservari, I
& in defectu à prædijs, ex utraque parte vicinis, suppleri debeat, constat ex *art.* 7. *tit.* 25. Churbayrischen Landtrecht. Quis, & quibus impensis, quo tempore, & qua ratione eædem viæ publicæ Landtstrassen, Prucken, Weeg, und Steeg reparari, refici, visitari, & defendi debeant, latè tractatur, in iisdem statutis nostris Landts, 2
und Polliceyordnung *lib.* 3. *tit.* 13. *per tot.* Illud impræsentiarum annotare lubuit, quòd in statutis Bav. Landtrecht. *tit.* 30. *art.* 1, & *seq.* saluberrimè cautum, quid observandum sit, si duo currus in via publica, & arcta sibi obvient, quinam cedere debeat: sæpè enim sæpiùs videmus aurigas, & similes homines die Fuhrleut esse homines plerumque robustos, rudes, crudos, & aliquando brutis, quàm hominibus similiores, qui, si obviam invicem veniunt, vel etiam quandoque si rhedam habeant obviam, ita obstinati, & crudi sunt, ut vel ne latum unguem cedant, sed vel ingentibûs clamoribûs,

U vel

vel omninò pugnîs litem dirimant, vel etiam alios cedentes forsan civiliores nullô modô adjuvent, aut auxilientur: Itaque si duo currus onerati geladen Wägen in via publica, & ita arcta, ut cessioni non commodus locus, occurrant, oportet, ut ille cedat, qui commodiùs adhuc viâ excedere, aut omninò usque ad aliquod spatium retrogredi possit, ita tamen, ut alter auriga eidem assistat, & quovis possibili modo auxilietur: ut statutum est *in art.* 1. *hoc tit.* 30. ibi: Wo zween geladen Wägen gegen einander fahren auff der Straß, und entgegnen einander, auff einen engen Weeg, da sie nit wol einander weichen mögen, welcher dann die bessere abfahrt hat, der soll dem andern weichen, ob er es thun mag. Kundte er aber allein nit weichen, so soll ihme der ander helffen, bis daß er fürkombt, daß sie baide ohn schaden bleiben: Quin & æquitas postularet, ut, si forsan unus currus magis esset oneratus, quàm alter, ille cedat, qui minus onus portat: aut si in faucibus, & angustis montium viis in denen berggesteigen occurant, ille præfertur inter duos æquales currus, pariter oneratos, qui prior fauces occupavit, & viam ingressus, præsertim, si alter ex tintinnabulis, aut flagellorum sonitu, aut clamore aurigæ potuisset percipere, alium fauces montis jam occupâsse, text. & DD. *in L.* 2. §. 2. *ff. ne quid in loco publico.* Cramer. *de servit. real. lib.* 2. *disp.* 8. *thes.* 9. Illud expeditum est, quòd
5 currus vacuus debeat cedere onerato, equus vacuus onerato, pedes equiti, aut si uterque esset vacuus, levior, & inferior cedet majori, & digniori, præsertim currus rhedæ, ut insinuat *art.* 2. *cit. tit.* 30. ibi: So ein geladner Wagen, gegen einem lären Wagen fährt, oder ein geladenes Roß einem lären begegnet, auff der Straß, so soll der läre Wagen, oder das läre Roß dem geladnen, auch ein lär oder gering gefährt, einer Gutschen &c. weichen. Cæterùm sicut dubium non est,
6 quin reliqui currus, etiamsi non essent nimis onusti, celeriter dispositis curribus denen Postwägen, und dergleichen, debeant cedere, cùm Reipublicæ, & commoditatis viatorum maximè intersit, ejusmodi cursum publicum nullibi detineri, retardari, vel impediri, text. & DD. *in l.* 19. *& passim. Cod. de cursu publ.* Ita & illud addimus, tandem in pari
7 causa, præsertim, si obviæ invicem sint rhedæ, gratificationi esse locum, aut rem forte componi: certè, viri prudentiores, & generosiores in viis publicis facilè cedunt, cùm per hoc honoris non patiantur naufragium, ut loquitur Feltman. *Discept. Acad. de vehic. sibi obviis. sect.* 1. *n.* 6. *& seq.* Der nachgibt, ist auch ein Mann.

Land-

Landtrecht
Titulus XXXI. Articulus I.
SUMMARIA.

1. *Aliquando pignorationes, & detentiones propria auctoritate fieri non prohibentur.*
2. *In Bavaria caupones privilegium habent, pignus accipiendi ab illis, quibus esculenta, & poculenta subministrant.*
3. *Quale jus obtineant tabernarij ex hac pignoratione?*
4. *De jure communi hoc nullibi statutum invenitur.*
5. *Quibus tabernariis, & cauponibus hoc in Bavaria censeatur indultum?*
6. *Aliquæ res in Bavaria ab hac pignoratione sunt exceptæ.*
7. *Tabernarij Ingolstadienses hâc prærogativâ non semper gaudent.*

QUemadmodùm in jure Bavarico, circà jura pignorationum, arrestorum, & detentionum multa, & plura singularia ita sunt sancita, 1
& permissa, ut non paucis in casibus eædem detentiones, & pignorationes, propria auctoritate, etiam non implorato judice, aut magistratu fieri possint, prout ex antecedentibus in *tit.* 19. Landtrecht, & aliunde constat: Ita, & simile quid *in hoc art.* 1. *tit.* 31. statuitur, dum cau- 2
ponibus, seu tabernarijs denen Tafernwürthen, qui publicæ tabernæ diversoriæ einer Tafern, oder offentlichen Gemain Würtshauß præsunt, atque sic vi juris sibi competentis Von wegen der Taferns Gerechtigkeit, vinum, & cerevisiam publicè, & privatim divendere, viatores noctu, diúque recipere, convivia publica, nuptialia, aut similia celebrare possunt, id facultatis, & beneficij jure Patrio conceditur, ut, si forsan viatores, aut alij, quibus esculenta, aut poculenta subministrârunt, aut quos in sua hospitia pernoctandi, aut diutiùs etiam in loco morandi causâ receperunt, solvendo non sunt, & satisfacere nequeunt, possint hi tabernarii sibi propria auctoritate de pignore aliquo, quod interim retineant, vigilare, & sibi providere: Es mag ein jeglicher Würth, verba sunt *cit. art.* 1. *hoc tit.* 31. der auff einer offnen Tafern sitzt, Pfandt annemen umb sein Zehrung, und Herberg 2c. Ita quidem, ut per ejus- 3
modi pignoris captionem tabernarii caupones videantur jus aliquod reale in tantum acquirere ut, casu quo creditoribus personalibus hospitis, aut viatoris pignorati saltem quoad rem pignori datam, aut acceptam præferatur, ut docet Illust. D. Cancellarius *ad hunc art. n.* 2. Prout non ita pridem in tribunali quopiam Bavarico judicatum meminimus,

mus, ut tabernarius caupo in retinenda veste, pro pignore capta, præ-
4 feratur alteri civi, qui pignorato hospiti 8. fl. mutuaverat. Quamvis de jure Cæsareo communi de ejusmodi pignorandi facultate, multò minùs acquirendo aliquo jure reali cautum quid, & sancitum esse, vix
5 aliquid sit reperire; Sicut & jus Bavaricum hoc duntaxat de tabernarijs cauponibus von offnen Tafferns würthen; minimè autem de aliis cauponibus non tabernariis, sed privatis tantùm von Bierzapfern, Zapfenwürthen, Stauden, Hecken, oder winckhlwürthen, ut qui viatores recipere, aut convivia publica concedere nequeunt, intelligit, & statuit, ut deducitur ex verbis citatis, der auff einer offnen Tafern sitzt.
6 Quin & eadem Bavarica constitutio expresse res Sacras, vel alias oppignorari prohibitas, aut res suspectas, veluti vestes, sanguine cruentas, aut viatori incompetentes, item furtivas excipit: verbis: Ausgenommen die Pfandt, die von alter verbotten seynd, als nemblich geweicht Kelch, Meßgewand, und ander Kirchen ornat, auch bluetig Gewandt, und unbraits Trayd ꝛc. ita, ut simile quid pro pignore accipiens caupo præter rei furtivæ, aut suspectæ cum omni vero domino restituendæ obligationem, egregiè puniri debeat juxtà verba finalia *d. art.* 1. Werden es aber verbotten Pfandt, so soll der Würth dem, welchem die Pfandt entfrembdet seynd, seinem Schaden zu widerkehren, schuldig, und darzu dem Gericht die bues verfallen sein. Prout non ita pridem vidimus, tabernarium ejusmodi propter pignus à minore aliquo, in ejus taberna seducto, acceptum, præter restitutionem, curatori factam, 10. Impe-
7 rialibus punitum: certè tabernariis Ingolstadiensibus, etsi pignus à scholari accipiant, ultrà 10. Florenos non adjudicatur, sumptibûs quotidianîs victûs, & aliîs necessariîs exceptîs vid. Decretum Electorale *de anno* 1602. 3. *Aprilis*. Imò vix tantum, juxta aliud Decretum *de anno* 1678. *Octobris*. 21.

Landtrecht
Titulus XXXIV. Articulus I.
S U M M A R I A.

1. *Materia testamentorum celebris est in jure, & innumeris fermè commentariis illustris.*
2. *Notarius, in testamenti factione adhibitus, non venit in numerum septem testium de jure Bavarico.*
3. *Juxtà Recessus Imperij Notarius inter septem testes potest numerari.*

4. Opi-

4. *Opinantur aliqui jus commune Justinianeum cum jure Bavarico convenire.*
5. *Videtur negativa opinio verior, & sic jus Bavaricum à jure communi Justinianeo differre.*
6. *Quæstio Domitiana unde dicatur?*

DE vastissima, celebri, & tam Judicibus, quàm Jurisperitis quotidiana testamentorum materia agit præsens hic *titulus* 34. Et sicut 1
eadem ultimarum voluntatum materies, siqua alia in jure universo, plurimis, imò innumeris commentarijs, tractatibus, & disputationibus est illustrata, ac examinata, ita nos plurima, quæ præmitti possent, ac deberent, præterimus, & solas juris Patrii differentias à jure
communi recensemus: Primum locum occupat ea, quæ ex *articulo* 1. 2
hoc tit. 34. eruitur, differentia, quòd jure Bavarico notarius ille, qui ad testamentum solenne condendum adhibetur, inter testium ad idem testamentum requisitorum numerum non veniat, sed præter ipsum alij septem testes desiderentur, juxta parenthesin *art.* 1. (darunder doch die
Person deß Notarii nit soll gezehlt werden) cùm tamen de jure Cæsareo 3
in Recessibus Imperij *de anno* 1512. *rubr. de testamentis,* §. 2. in terminis Notarius inter reliquos testes numerari, & computari permittatur, ut ut simul testamentum ipsum conficiat, verbis, ibi aufs wenigist sieben
Zeugen nöthig seind, zu denen der Notarius auch gezehlt wird ꝛc. Sed 4
quid de jure communi Justinianeo? anne & de hoc jure notarius, vel tabellio testamentum conficiens, vel scribens admittatur ad testimonium, in testamento ponendum, vel non? Wesenbec. *ad ff. tit. qui testam. facere poss.* cum Baldo à se citato negativam amplectitur, ex ratione, quòd idem non possit esse testamentum, vel instrumentum authen-
tizans (ut loquitur cit. Matth. Wesenb.) & sibi ipsi testis: Sed affirmati- 5
vam de jure communi non sine asperitate sancitam videri *in L. Domitius.* 27. *ff. qui testam. fac. poss.* tradit Joan. Brunneman *ibidem. n.* 1. præsertim, cùm testamenta non tam ab instrumento notarij, quàm testium præsentia, & subscriptione debita dependeant: Franc. Vivius *com. opin. verbô testis.* §. *tabellio.* Certè ex *cit. L. Domitius.* 27. *ff. cit. tit. qui test. facere poss.* communiter illud deducunt, quòd quæstio in jure, quæ vel dubia non est, vel se ipsam resolvit, aut aliàs inepta, dicatur Domitiana,
Int. *passim ad d. L. Domitius. ff. qui testam. fac. poss.*

Landtrecht
Ad eundem Tit. XXXIV. Artic. I.

SUMMARIA.

1. *De jure Communi Cæsareo testis unus alterius contestis, quin suô modô omnes testes unô sigillô testamentum sigillare possunt.*
2. *Pro cautela est, ut testes hujus circumstantiæ faciant mentionem.*
3. *Jure Bavarico major pars testium propriîs sigillîs uti, reliqui autem, quòd propria sigilla non habeant, necessariò mentionem facere possunt.*

1 ALtera differentia *ex art.* 1. *hoc tit.* 34. ea haud malè adstruitur, quòd, siquis testium forsan eo tempore sigillô instructus non sit, vel omninò nullum habeat sigillum proprium, eum posse uti alterius cujusdam etiam contestis, vel omnino etiam testatoris, quin & omnes testes uno, eodémque sigillo posse signare, constat ex text. & trad. Int. *in* §. *possunt autem.* 5. *inst. de testam. ord. L. hac consultissima. Cod. eodem. L.* 22. §. 2. *ff. qui testam. facere poss.* concordant Recessus Imperij *de anno* 1512. Von ordnung der *notarien. rub.* von *testamenten.* §. 10. ibi: Es mögen auch einer, oder mehr, anderen si-
2 gneten sich gebrauchen: id quod tamen interpretes notanter addunt, omnis securitatis causâ omninò consultum esse, ut testis in sua subscriptione faciat mentionem, se usum esse alterius cujusdam sigillô, ita tamen, ut missa hac mentione testamentum non videatur esse nullum, modò aliunde colligi possit, eum in testem adhibitum, clariss.
3 D. à Widmont. *ff. qui testam. facere possunt n.* 165. Attamen de jure Patrio singulariter cautum, & sancitum est, ut saltem major pars testium, id quod opinamur intelligi, ut saltem quatuor propriîs suîs sigillîs utantur, & testamentum subsignent, & si quis forsan alienô sigillô uti debet, expressè, & necessariò faciat mentionem, se sui contestis, vel hujus, aut illius signaculô usum fuisse: per verba *art.* 1. *cit.* ibi: Hette aber ein Zeug nicht aigen Insigel, oder Petschafft 2c. so mag wol ein anderer Zeug, sein Insigl für ihne, und in seinem Namen gebrauchen, und also dasselbig zweymahl anhängen, oder fürtrucken 2c. doch daß in dem underschreiben solches außtrucklich gemeldt werde, wie nemlich sein Mitzeug kein aigen Insigel gehabt 2c. doch soll der mehrer theil der Zeugen ihre Insigel haben 2c. clariss. D. à Widmont. *d. loco. n.* 166.

Landt-

Landtrecht
Ad eundem Tit. XXXIV. Art. I.
SUMMARIA.

1. *Jure communi plures opinantur, unum testem pro alio in testamento non posse subscribere.*
2. *Quorum opinio, si prævalet, differt jus Bavaricum à jure communi.*
3. *Aliqui etiam jure communi juris Bavarici mentem sequuntur.*
4. *Negativæ opinionis patroni limitant suam sententiam, si alij scribendi periti, testes non invenire sit.*

PAriter non infima est controversia, anne, si unus testis scribere nesciat, alius quis contestis, aut etiam notarius locô ipsius subscribere, & sic ejus defectum supplere valeat? certè si Baldi *ad L. singulos testes. 30. ff. qui testam. fac. poss.* Gothefred. *ibidem. lit. E.* clariss. D. Manz. *tract. de testam. tit. 4. n.* 122. Schneid. *ad tit. Inst. de testam. ord. rubr. de testam. solem. n.* 6. aliorúmque opinionem sequeris, qui absolutè negant, unum pro altero posse subscribere, ea potissimùm ratione moti, quòd cit. textus *in L. 30. ff. d. tit. qui testam fac. poss.* expressè dicat, *ut propriô chyrographô singuli testes ad notent, quis, & cujus testamentum signaverit:* facit & textus *in L. fin. vers. si verò unus, vel duo. Cod. de testam. L. ad testium. 22. §. si quis 4. ff. qui testam. fac.* Absque dubio novam debemus assignare inter jus Bavaricum, & commune differentiam, cùm hoc 2 jure Bavarico alteri pro altero subscribere non sit prohibitum, uti patet ex verbis *cit. art.* 1. oder kundte nit schreiben ꝛc. so mag wol ein anderer Zeug ꝛc. auch sich für ihne underschreiben, doch daß im underschreiben solches außtrucklich gemeldet werde ꝛc. ita tamen, ut & jure Bavarico additum sit, ut major pars testium scribere sciat: Doch soll der mehrer theill der Zeugen Schreiben können ꝛc. Nisi tamen forsan & ea sententia præplaceat, quæ & jure commmuni admittit uni testium pro altero subscri- 3 bere, eo quòd textus *in cit. L. singulos testes. 30. ff. qui testam. fac. possunt.* duntaxat dicat, convenire, non autem, necessarium esse, ut singuli testes propriô chyrographô scribant, ut aliquorum opinionem refert clariss. D. Manz. *d. loco n.* 122. Prout & Interpretes de jure communi 4 conveniunt, quòd ijs in locis, ubi literati, & scribere edocti non inveniantur, alius testis pro alio conteste possit subscribere, & hujus subscriptionis, causam, & mentionem addere; Schneidevvin. *d. loco, n.* 6. Joach. Mynsing. *inst. de testam. ord. ad §. sed cùm paulatim. n.* 7.

Landt-

Landtrecht
Ad eundem Tit. XXXIV. Art I.

SUMMARIA.

1. *Variis signis, & sigillis hodie utimur in commercio humano.*
2. *De jure communi posse testamenta subsignari quocunque etiam incompleto, imô non propriô sigillô, ostenditur.*
3. *De jure Bavarico oportet, sigillationem fieri, sigillô plenô, & perfectô, casside, & armis consistente.*
4. *Id quod tamen de plebeiis personis, ejusmodi sigillo non instructis, intelligi nequit.*

1 VArié homines signare, dudum pronuntiavit text. *in L. ad testium.* 22. *§. signum autem.* 5. *ff. qui testam. fac. poss.* hoc est, diversa signacula, quin & nobilitatis, vel præeminentiæ cujusdam thesseram esse sigilla, queis utimur, experientia abundè testatur: An nunc, & quali sigillô,
2 an annulô, & pleniori sigillô, ein Signet, oder gantzes vollkommens Wappen Pettschafft, vel an quovis aliò signo impresso testamenta possint sigillari, insigne dubium, & planè celebris est inter jus Patrium, & commune differentia: de jure communi magìs est, quòd etiam signo quocunque, quo testis aliàs utitur, & sigillô minori, vel etiam non adeò completô, ut hodie dicimus, testamenta, & ultimæ voluntates debeant subsignari, & sigillari, Interp. *in d. L. ad testium.* 22. *§.* 5. *ff. qui testam. fac. poss.* ibique Joan. Brunneman. *n.* 5. eò quòd non tam ex signo impresso, & materia, sed potiùs ex fide sigillantis subsignatio dependeat, ut loquitur clariss. D. à Widmont. *d. tit. ff. qui testam. fac. poss. n.* 167. præsertim, cùm nec *in L. hac consultissima. Cod. de testam.* nec in Recess. Imp. *de anno* 1512. *antè cit. locô* singulare, aut solenne sigillum, aut signum determinatum ullibi determinatè requiratur, quin &, si solennius aliquod sigillum, & de jure antiquo portari soliti annuli desiderarentur, ad cognoscendam testis fidem, gratìs jura communia *in d. §.* 5. *Instit. de testam. ord.* statuissent, etiam alienô sigillô posse testamentum à teste subsigillari, si ergò alienum signum sufficit, cur non & signum proprium non adeò completum, ut benè argumentatur clariss. Manz. *d. loco. n.* 146. vid. Ant. Perez. & alij *ad tit. Cod. de testam. n.* 9. qui propterea *cit. L.* 22. *ff. d. tit.* in tantum suspectam habent: At jus Bavaricum non quævis signa impressa, sed illa duntaxat, quæ aliàs consueta, & integra, atque perfe-

perfecta, hoc est, casside Helm, & armis Waffen, oder Schild instructa sunt, ad subsignanda testamenta sufficere dicunt, *in art. cit.* 1. ibi: Doch daß auff solchem sein Wappen vollkommenlich, und nit ein Schild, oder Zeichen seye, atque sic testamentum aliquod Nobilis cujusdam ex hoc defectu sigilli in supremis Bavariæ Dicasteriis aliàs invalidandum, nonnisi ex plenitudine potestatis à serenissimo Electore conservatum esse, scribit illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 20. Aliud tamen testamentum alicujus Comitis rejectum, & invalidatum fuisse, refert clariss. D. Rhat. *de sol. testam. assert.* 74. & alium notabilem casum nos ipsi recordamur, quo ex defectu plenorum sigillorum testamentum fuit infirmatum, referente colendiss. D. Parente, præmemoratos hosce duos antesignanos sequente. *Instit. de testam. ord. q.* 21. ubi hanc dispositionem juris Patrii ad personas plebeias, ejusmodi plenioribus sigillis non instructas, minimè extendi, eruditè ostendit: ut ut hanc juris Bavarici à jure communi discrepantiam clariss. D. Manz. *de testam. d loco. tit.* 4. *n.* 147. & D. à. Widmont. *d. loco. n.* 168. prætereant, vel omninò non agnoscant. 4

Landtrecht

Ad eundem Tit. XXXIV. Art I.

S U M M A R I A.

1. *Referuntur aliquæ formulæ subscriptionis testium in testamento.*
2. *Censent aliqui de jure communi, testes singulos plenariè debere subscribere.*
3. *Alij putant sufficere, si primus testis plenarie subscribat, & alij eò se referant.*
4. *Horum opinionem sequuntur, & approbant statuta Bavarica.*
5. *Censetur in scriptura referente contineri, quod continetur in scriptura, ad quam fit relatio.*

TEstis in testamento adhibiti subscriptio ea esse potest, quam refert Gothefred. *ad L.* 30 *ff. qui testam. fac. poss. lit. F. Lucius Titius subscripsi, & Caij Seij testamentum obsignavi*: vel latiùs deducit clariss. D. Manz. *d. locô. n.* 119. in hæc verba: *ego Titius hôc meô chyrographô Sempronij testamento subscripsi, & ejus testamentum obsignavi*: pleniùs, & securiùs, passim hodie subscribunt, *Ego Titius, vel ego subscriptus, ad hoc rogatus, requisitus, & præsens fateor, me audivisse à Sempronio, in hac scriptura, vel hoc codice ejus testamentum, & ultimam voluntatem contineri, in cujus rei fidem me subscripsi propria manu, & sigillum meum apposui* &c. Verùm 1

2 an omnes omninò testes hâc methodô, & hâc formâ, ita plenariè subscribere debeant, vel an sufficiat, si primo, ita scribenti, reliqui subscribant, & eò se referant, verbis: v. g. *ego Sejus idem testor manu*, & *sigilliô meo* &c. de jure communi non est expeditum, aliqui enim, singulos testes plenariè, & circumstantiosè cuncta debere exprimere,
3 opinantur, & deducunt ex *cit. L. 30. ff. qui testam. fac. poss.* Alii verò adstruunt sufficere, si primus plenum testimonium scribat, & alii ad eum se referant; tum, quòd *cit. l. 30. ff. d. tit.* utatur verbô, *convenit*, hoc est, decet, non autem oportet, vel necesse est, clariss. D. à Widmont. *d. tit. n.* 153. tum, quod in jure Codicis, Institutionum, & Recessuum Imp. hoc requisitum nullibi ampliùs desideretur, ut ostendit
4 D. Manz. *cit. tit.* 4. *n.* 120. Quidquid sit in Patria hoc decisum, & statutum est, si primi duo testes expressè, & plenariè fassi sunt, se rogatos Titii testamentum, in hac charta contentum, percepisse, subscribere, & subsignare, hoc satis esse, modò reliqui in suis subscriptionibus meminerint, se idem fateri, testari, quod præcedentes: per verba fin. *d. art.* 1. Wann auch die zween erste Zeugen außtrucklich in irer Underschrifft gemeldet, daß der Testator, welcher, massen im folgenden libell sein letzter Will begriffen sey, bekennt hab, so ist genueg, daß die andere Zeugen in iren underschrifften melden, sie bekennen, wie die vor underschribne ire Mitzeugen. Id quod repetitum est *in art.* 12. Landtrecht. *hoc tit.* 34. ubi de testamento conjugum id statutum est; Doch ist in acht zuhaben, wann beede Testament in einem libell vergreiffen; daß die Zeugen, sonderlich die ersten zween, in ihrer Underschrifft mit deutlichen Worten melden sollen, daß beede Eheleut bekennt, wie in solchem libell jeder beeder letster Will, und Testament vergriffen seye. Aber die andere Zeugen mögen die Underschrifft kürtzer machen, und allein melden, sie bekennen, wie obgeschriben ihre Mitzeugen: dis-
5 sentiente And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 117 *n.* 2. Certè hujus constitutionis ratio elegans ea dari potest, quòd in scripto referente censeatur contineri, quod continetur in scriptura, ad quam fit relatio. *L. asse toto* 77. *ff. de hæred. instit. L. si ita scripsero.* 38. *ff. de condit. & demonst.*

Landtrecht

Titulus XXXIV. Articulus IV.

SUMMARIA.

1. *Testamentum nocturno tempore fieri potest.*

2. *Ipso*

2. *Ipso jure communi tale testamentum, etiam sine luminarijs conditum, subsistere, tenent aliqui.*
3. *Dissentiunt alii plerique in praxi.*
4. *Quibus adstipulantur in Patria jura Bavarica.*
5. *Aliqui, tria luminaria ad testamentum, noctu condendum, requiri, tradunt, & eleganter probant.*
6. *Meliùs hoc arbitrio judicis relinqui potest, ac debet.*
7. *Cæcus in testamento testis esse non potest.*

QUòd testamentum nocturno tempore condi possit, conveniunt Interpretes unanimiter, per text. *in L. ad testium.* 22. §. 6. ibi: *posse & nocte signari testamentum, nulla dubitatio est. ff. qui testam. fac. poss.* Sed an ejusmodi testamentum, sine luminibus conditum, subsistat, hoc expeditum non est, Harprecht. *Inst. de testam. ord. ad §. sed cùm paulatim. n.* 248. *& seq.* inspecta theorica veritate concludit, testamentum, noctu factum, absque luminibus adhibitis ipso jure subsistere, tum quia nulla lege inveniatur cautum, testamentum nocte, sine luminibus conditum, esse nullius momenti, igitur & hoc sine lege non debeamus asserere, præsertim, cùm jura civilia, si ullam materiam ex professo certis solennitatibus, tunc certè testamentorum factionem instruxerunt, attamen lumina nullibi requirant: tum, quia, ubi solennitates certæ, multæ, & aliàs satìs graves requiruntur ad aliquem actum, jurisperitis non videatur, licere, alias solennitates superaddere, *arg. Novell. 2. cap. 3. L. ita autem. 5. in prin. ff. de administ. & pericul. tut.* Attamen alij in praxi contrarium asserunt, ea potissimùm ex ratione, quòd in testamentorum factione omnis periculi, & fraudum, falsitatúmque occasio averti debeat *arg. L. fin. Cod. de fidei commiss. L. jubemus. 29. Cod. de testam.* Subscribunt Statuta Patriæ in *art. 4. hoc tit. 34.* verbis: Es soll auch ein Notarius, da er zu solchen von Mund außgesprochnen Testamenten, bey nachts erfordert wirdt, auffmercken haben, daß die notturfft liechter im Zimmer, und sonderlich umb deß Testierers Person seyen, er auch den Testierer wol sehen, und kein betrug fürgehen möge. Id quod & de testamento in scriptis procedere, ait illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. n. 11.* Neque hoc expeditum est, quot luminaria requirantur, an unum sufficiat, vel plura adesse debeant? tria luminaria requirunt non pauci cum Ripa *in tract. de nocturn. temp. cap. 141. n. 2.* eo ex fundamento eleganti, & planè non inconvenienti, quòd *in L. temporibus. 1. §. 10. vers. tria. ff de inspic. vent. custod. part.* ad hoc, ne mulieri parienti falsus partus substituatur,

Margin numbers (right): 1, 2, 3, 4, 5

tria luminaria ne minùs ibi adesse, jubeantur: ergò & in testamenti factione ad excludendam omnem fraudis suspicionem tria luminaria requiri, ajunt, quò & forsan illud convenit commune adagium per tria luminaria, in uno cubiculo accensa, sagas averti, ergò & sperant hi interpretes, etiam illos, qui hæreditatibus plùs justô inhiant, & sæpè indigentibus hæredibus ab intestato aufferunt, posse tribus luminaribus averti. Sed planè, cùm Statuta nostra Bavarica dicant, daß die Not-
6 turfft liechter im Zimmer ꝛc. meliùs nobis videtur, hoc debere, & posse arbitrio notarij, & testium relinqui, ut pro tenebrarum ratione, cubiculi, ubi testator decumbit, spatio, & alijs circumstantijs tot adhibeantur luminaria, ut testator videatur, sufficientia, prout & unum sufficere lumen, si illuminando cubiculo sufficit, tradit Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 2 *tit.* 7. *in fin.* & *tit.* 8. *n.* 3. Quidquid sit, cæcus in testa-
7 mento testis esse nequit, quia non potest testatorem videre, & dignoscere, quod tamen requiritur *arg. L. si non specialis.* 9. *Cod. de testam.* Landtrecht *tit.* 34. *art.* 4. *in fine*, ne fortè quis alius in lecto substituatur, prout de memorabili casu astutissimæ mulieris, aliquem in lecto sui mortui mariti substituentis, & se instituentis, meminit Jul. Clar. *lib.* 4. *sentent. quæst.* 59.

Landtrecht
Titulus XXXIV. Articulus V.
SUMMARIA.

1. *Testamenta, ad interrogationem facta, suspecta, periculosa, & sæpè fraudibus sunt extorta.*
2. *Hinc Statuta Bavarica dicunt, acurata in ijs consideratione opus esse.*
3. *In Bavaria videtur esse præsumptio contrà ista testamenta, ad cujuscunque, etiam Judicis, interrogationem facta.*
4. *Requiritur in Patria præprimis, ut testator sit sanæ mentis.*
5. *Et ut testator circumstantiose, & articulatè suam mentem exponat.*
6. *Quid si testator tantùm dicere possit*, ita, *vel* volo?
7. *Hoc casu videtur debere constare, quòd testator ante jam voluerit testari.*
8. *De jure communi forsan tanta non est præsumptio contrà ejusmodi testamenta.*
9. *Jura Bavarica magis sunt benigna in legata, & similes ultimas voluntates, ad interrogationem factas.*

10. *Si*

10. *Si testator est morti vicinus, testamentum, ad interrogationem factum, jure Patrio videtur esse nullum.*
11. *Experientia docet, homines, morti vicinos, facilè annuere.*

DE illis hic *Articulus* 5. agit testamentis, quæ ad alterius interrogationem fieri solent, in quibus eò cautiùs, acuratiùs, & strictiùs est procedendum, quò pluribus periculis, fraudibus, dolis, suggestionibus, blanditijs eadem sunt subjecta, & morienti non rarò importunè, opportunè contrà ejus voluntatem extorta: eò enim malitia hominum devenit (vitulô aramus illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 1.) ut ij, qui aliorum hæreditates, vel pro se, vel pro alijs (sui etiam lucri causâ) aucupantur, tempus exspectent, quo is, de cujus corio agitur, graviter decumbat, & vix ampliùs loqui, vel etiam de salute animæ suæ agere valeat, quo tempore, coactîs clandestinîs, & suspectis testibus, vel evocatîs favorabilibûs Judicibûs, aut Commissariîs, utcunque suspectîs, aliquando ultrò ob pinguem hæreditatem confluentibûs, testatorem interrogant, vel interrogari faciunt, anne uxorem, maritum, causam piam, vel hunc, aut illum instituat, & sic misero testatori, quod forsan nunquam cogitavit, minùs voluit, extorquent: exempla extortorum ita testamentorum si cupis, sexcenta adducere possemus, si foliorum, & thesium conditio admitteret, vel aliàs placeret in similibus detineri: Hoc nobis certum est, propter pessima ita dolosè, & cum irreparabili sæpè hæredum ab intestato præjudicio extorta testamenta, jus Bavaricum in terminis dixisse, in ejusmodi testamentis acurata consideratione, & distinctione esse opus, braucht einen guten Underschid, nemblichen ob die Person, welche Testiren wil, noch bey guten, beständigen, und gesunden Verstandt, ob sie auch auff anfragen alles underschidlich geredt, und ihr Mainung mit mehr worten erklärt, oder allein auff beschehenes anfragen, Ja gesagt habe, Adeóque notabiliter ex his deducat illust. D. B. Schmid. *ad hunc art.* 5. *n.* 7. & meritò hìc pro differentia recensetur, in statutis nostris Bavaricis regulariter omnia testamenta ad interrogationem facta, esse suspecta, habere potiùs præsumptionem contrà se, & tamdiu infirma censeri, donec omnia ea, quæ antè *cit. art.* 5. specialiter requiruntur, adfuisse, efficaciter probentur, ac demonstrentur, per verba: So gült solcher letzter Willen, für ein Testament nit, es werde dann erwisen, wie recht ist rc. Atque sic ad testamenti hujusmodi valorem requirere videntur statuta Bavar. *d. art.* 5. ut testator sit sanæ adhuc integræ, & constantis mentis, & intellectûs,

(margin numbers: 1 beside "DE illis hic", 2 beside "si foliorum", 3 beside "ex his deducat", 4 beside "testamenti hujusmodi")

 dein,

dein, ut testator circumstantiosè, articulatè, & intelligibiliter underschidlich / und wol außsprechen / pluribus, & diversis verbis voluntatem
5 suam ita exponat, ut de ea voluntate testes non dubitare possint, quo
6 casu ejusmodi voluntas sustinetur, etsi ad interrogationem facta sit. Aliud esset, si testator unicô verbô, *ita*, *volo*, aut simili abbreviatô modô, voluntatem suam explicet, quo casu ejusmodi testationem nullius esse momenti, constat ex verbis cit. & tradit cit. D. B. Schmid. *add. art.* 5.
7 *n.* 4. Nisi forsan morbô nimis debilitatus, antè jam se velle testari, declaraverit, testamentùmque aliàs corroborari antè voluisset, ubi dein his præcedentibus ejusmodi etiam verba generalia & succincta sufficere, arguunt verba *cit. art.* 5. daß solche Personen zuvor / als sie noch wol reden kunden / ihren lezten Willen auffschreiben lassen / auch begert / daß
8 man Zeugen erfordern soll 2c. Dum tamen econtrà jure communi testamentum ad interrogationem factum, regulariter subsistat, vel saltem præsumptionem contrà se non habeat, ut docet Jul. Clarus §. *testamentum. q.* 37 & alij citati ab allegato D. Cancellario *n.* 7. vid. latè. rem deducens clariss. D. Manzius *de testam. valid. & invalid. tit.* 3. *q.* 5. *per tot.*
9 & alij Interpretes plures ibidem relati. Et quamvis hac prædicta ratione Statuta Bavarica tale testamentum, ab ægroto ad interrogationem, vel notarij, vel judicis factum, omninò suspectum habeant, atque potiùs id non valere, quàm sustinere præsumunt, nisi ea, quæ diximus, fuerint ad amussim demonstrata; vicissim tamen in conservandis ejusmodi codicillis, & alijs ultimis voluntatibus, non testamentis, etiam ad interrogationem factis, longè sunt benigniora, dum ibi id tantùm exprimunt, ut codicillans sit adhuc sanæ, & integræ mentis & morti non vicinus: verbis: *art.* 5. Were aber ein solche Person / die noch guten unverruckten Verstandts / und dem Todt nicht nahend / allein wegen eines legats, oder andern Geschäffts gefragt worden / und sie darauff mit vernämblichen Worten in beysein gnuegsamer Zeugen / Ja gesagt / soll ein solch Geschäfft kräfftig sein / wann gleich zuvor solches Geschäfft nit were auffgeschriben / oder verzeichnet worden / noch auch die krancke Person von sich selbsten solch Geschäfft / sondern allein erst auff beschehen anfra-
10 gen gethan hette. Ex quo, cùm *art. hic* 5. etiam legata, & minùs solennes ultimas voluntates nullas esse vult, si codicillans, aut legans morti sit vicinus dem Todt nahend / evidenter, & notanter sequitur, testamentum ita ab ægroto, morti vicino, de jure Bavarico absolutè non valere, sed infirmum, & invalidum esse, eò quòd isto termino dem Todt / nit nahend / anteà, cùm de testamento ad interrogationem faciendo, loque-

queretur statutum, non usus fuerit articulus, & sic certum est, si minùs solenne, & minùs periculosum, seu præjudiciosum non valet, etiam majus, & magìs solenne omninò esse invalidum, ut benè advertit illust. D. B. Schmid. *ad art. cit.* 5. *n.* 7. & nos vellemus, ut Notarij, Judices, Magistratus, & deputati Commissarij singulariter attendant, vid. Vasquius *illust. controv. c.* 101. Peckius *de testam. conjug. cap.* 19. *in prin.* 11
Experientia enim docet, ejusmodi homines morti proximos, plerumque saluti, & mortis necessitati intentos procliviter omnibus omnia annuere, non ut proferant, quod volunt, sed ut molestas interrogationes, & hæreditatum aucupes avertant, ut loquitur clariss. D. Manz. *d. tit.* 3. *n.* 14.

Landtrecht

Ad eund. Tit. XXXIV. Art. V.

SUMMARIA.

1. *Testamenta, ad interrogationem aliorum condita, ex eo potissimùm sunt periculosa, quia videntur personæ interrogantes quandoque suspectæ.*
2. *Communior est Interpretum opinio, personas interrogantes debere esse priùs ad hoc vocatas.*
3. *Testamentum, ad medici interrogationem factum, refertur, pro nullo reputatum fuisse.*
4. *De jure Bavarico putant aliqui, non requiri, ut constet, personam interrogantem esse vocatam.*
5. *Id quod nos eo in casu admittimus, quo testator articulatè loqui, aut persona interrogans sine suspicione, & sæpiùs ad testatorem veniat.*
6. *Aliàs præcedens aliquod testandi signum requireremus.*
7. *An Judex interrogans suspectus teneatur ad juramentum, quo acta, & facta sua confirmet.*
8. *In praxi vidimus, judicibus juramentum fuisse impositum.*

Cùm in ejusmodi testamentis, ad interrogationem factis, potissimæ 1 suspiciones, & fraudes, ac extorsiones exinde proveniant, quòd hæredes legitimi ita præteriti conquerantur, eum Notarium, Judicem, vel deputatos Commissarios non fuisse à testatore petitos, vocatos, testatorem non habuisse animum, aliquid, vel hoc, aut aliud disponendi, sed has prædictas personas interrogantes instinctu uxorum aut hæredum scriptorum clam fuisse petitas, instructas, aut omninò eas ob

lucrum aliquod, etiam non vocatas, spontè comparuisse; dubium est, anne præcedens aliqua voluntas, aut signum testatoris, quo hos inter-
2 rogantes citari, aut testes convocari voluerit, requiratur? Certè; sicut omnia jura, omnésque leges eò tendant, ut in testamentorum factione omnes fraudes, quin & fraudis, & falsitatis suspicio absit, text. & Int. *in L. jubemus, 29. L. hac consultissima, Cod. de testam.* ita plurium & potissimorum juris interpretum constans, & fermè unanimis doctrina est, personam interrogantem debere esse vocatam à testatore, vel expressè, vel saltem per aliquod signum, quo dicat, & ostendat, se velle aliquid disponere, atque hinc, si Notarius, Judex, Magistratus, aut Commissarii non vocati citrà, vel omninò contrà voluntatem testatoris se intrudant, & compareant, testamentum vel invalidum, vel saltem maximè suspectum, & interitui esse proximum, text. & DD. *in d. L. jubemus,* 29. *Cod. de testament.* Sichard. *ibidem. n.* 7. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 10. Cravetta *part.* 4. *consil.* 670. *n.* 7. clariss. D.
3 Manzius *d. tit.* 3. *q.* 5. *n.* 22. Ubi ex Zasio casum refert, quo alicujus Archiepiscopi testamentum, ad interrogationem Medici factum, invalidum fuerit habitum, quia medicus ob eam causam non fuit adhibitus, aut rogatus, præsertim si testamentum fiat ita ad interrogationem *Judicis*, aut Commissariorum, ut qui testamentum ad protocollum sumendo numerum duntaxat, non rogationem testium supplent, text. & DD. *in L.* 19. *L.* 27. & *L.* 29. *Cod. de testam.* Id quod tam de jure communi, quàm de jure Saxonico obtinere, tradit Berlich. *part.* 3. *conclus.* 6. *n.*
4 25. & *seq.* Verùm de jure Bavarico in aliam inclinat sententiam Illust. Patriæ Interpres D. B. Schmid. *ad. cit. art.* 5. *n.* 12. & de jure Bavarico necessarium non videri tradit, testatorem antè interrogationem testandi animum habuisse, atque ideò Notarium, aut tertium vocâsse, aut rogâsse, sed sufficere, si à Notario, aut tertio aliquo casu supervenien-te ultrò fuerit interrogatus, per verba *art.* ob sie gleich zuvor, daß sie te-
5 stieren wöll, nichts gesagt, noch auch etwas auffzaichnen lassen: Id quod nos eo in casu non negabimus, quo testator claris, dissertis verbis, circumstantiosè, & articulatè, prudenter, ac clarè voluntatem suam exponat, ut videtur sensus esse *art. cit.* vel si Notarius, aut interrogans etiam Judex aliàs non suspectus, & similibus piscationibus deditus, iteratô veniat, & ægrotus semper ab ipso interrogatus prima vice voluntatem in genere exponat, altera vice iterùm eam voluntatem, forsan à Judice, aut Notario in ordinem aliquem redactam, confirmet, ut non ita pridem consulta Facultas nostra in casu gravi, me præside referente, re-

spon-

ſpondit : Secùs verò videtur, ſi teſtator ægrotus, morti vicinus, interrogatus, & interpellatus *ita, volo, hæc eſt mea mens &c.* reſpondet, nec articulatè ampliùs proferre poſſet, quo caſu aliquam requireremus præcedentem voluntatis teſtandi ſignificationem. vid. Berlich. *d. locô.* & antè aliquod tempus in facto conſuluimus, & obtinuimus. Quin imò in præfato caſu illa connexa erat controverſia, an, ſi v. g. dubium eſſet, quando judex ad ægrotum venerit, an rogatus, an non, quid, & qua forma fuerit à teſtatore prolata voluntas, an Judex, vel ægrotus ad protocollum dederit, vel aliæ circumſtantiæ ſimul plures, aut an cuncta fideliter ex officio ſint geſta, ipſi Judici omninò credatur, & plena fides habeatur, vel an ipſi poſſit juramentum adhuc imponi, ſe nullius doli, vel falſitatis eſſe conſcium? Equidem videri poteſt, Judici, Magiſtratui, ad officium jurato, vel ejusmodi Commiſſariis aliàs plenam adhiberi fidem, non minùs, quàm actis judicialibus ſecundùm jura notiſſima, Sed tamen in praxi nuper vidimus, Judici præfecto provinciali eſſe in caſu ob præſentes ejusmodi circumſtantias, eum ſuſpectum facientes, ab excelſo, & Electorali vicino quopiam Dicaſterio ſuper certis interrogatoriis juramentum impoſitum, & ab eo præſtitum, atque ſic teſtamentum judiciale coram ſe ad interrogationem factum, primùm confirmatum, & ab interitu liberatum, noſtra inclyta Facultate reſpondente, & conſentiente, quòd ſi ergò in ſimili ubi cauſa adhuc gravior, circumſtantiæ adhuc plures, teſtator cum morte luctatus, conjugem ita inſtituit, etiam ſimile quid reſponderemus, utique non peccaremus, conſideranti rem relinquimus; Interim multa ſunt fucis illita, quæ die purgabuntur ſuo.

(Margin numbers: 6 beside line 1; 7 beside line 5; 8 beside line 16.)

Landtrecht

Titulus XXXIV. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *Ad Cæcorum teſtamenta requiruntur plures ſolemnitates, quàm ad aliorum, & quales?*
2. *Id quod etiam ad codicillos extenditur.*
3. *Si cæcus inter liberos teſtatur, vel aliàs privilegiatum condat teſtamentum, jure communi non requiritur, ut plures ſolennitates adhibeantur.*
4. *De jure Bavarico ſemper unus teſtis ampliùs requiritur, quàm aliàs quis adhibet in teſtamentis privilegiatis.*

1 IN eo jus Patrium cum jure communi convenit, quòd ad testamentum cæci utriusque fermè, & testamenti in scriptis solennis, & nuncupativi solennia videantur requiri, dum præter testes septem Notarius, aut octavus testis, scriptura, & viva voce facta hæredis nuncupatio, quin &, ut omnis suspicio avertatur, status, & conditionis hæredis descriptio desideratur. text. & Int. *in L. hac consultissima. 8. Cod. qui testam. fac. poss.* Recess. Imp. *de anno 1512. rubr.* Von *testamenten. §. 11. vers.* aber zu eines blinden. 9. Stat. Bav. Landtrecht. *tit. 34. hoc art. 6.* Clariss. D. à Widmont. *tit. ff. qui testam. fac. poss. n. 96. & seq.*
2 Id quod etiam suô modô, & proportione observata, ad cæcorum codicillos, & alias minùs solennes ultimas voluntates pari ratione extendunt interpretes plerique *ad L. hac consultissima. Cod. d. tit.* Recess. Imp. *d. locô.* §. 11. ibi: Es ist auch nicht allein in einem Testament eines blinden, sondern auch in seinen codicillen, und anderen seinen letsten Willen, noth, solche form zuhalten. Colendiss. D. Parens *Inst. quib. non est permiss. fac. testam. q. 17.*
3 In eo verò jus Bavaricum, & commune discrepant, quòd eo in casu, quo cæcus testamentum aliàs privilegiatum inter liberos, vel ad causam piam, & juxtà aliquos tempore pestis, vel ad acta judicialia condere velit, necesse non sit, ut plures aut singulares adhibeat solennitates, quàm quæ aliàs ad ejusmodi testamentum privilegiatum de jure requiruntur, ut communis est interpretum sensus *ad L. hac consultissima. 8. Cod. qui testam. fac. poss.* Ita è Brunneman. *ibid. n. 11. & seq. §. cæcus autem. Instit. quibus non est permiss. fac. testam.* Mynsing. *ibidem. n. 9* Schneidevvin *n. 6.*
4 Attamen de jure Bavarico aliud quid est cautum, & statutum, ut in his etiam casibus, atque testamentis privilegiatis unum semper testem ultrà numerum, aliàs præscriptum, & permissum, oporteat adhibere: Wolte aber, verba sunt *cit. art. 6.* ein blinder under den Kindern, oder zu mildten Wercken testieren, daß mag er wol thun, doch soll auch in solchen gefreyten Testamenten jederzeit ein Zeug mehrer, als in eines andern letzten Willen, den einer auch under Kindern, oder zu mildten Wercken gemacht, gebraucht werden.

Landtrecht
Titulus XXXIV. Artic. VIII.
SUMMARIA.

1. *Parentum testamentum inter liberos valet, si coram duobus testibus factum, vel propria parentum manu scriptum, aut subscriptum fuerit.*

2. Jura

2. *Jura Bavarica eo casu, quo parentes ipsimet non scribunt, volunt, ut liberi subscribant.*
3. *Jure communi requiritur expressio diei, & consulis.*
4. *De jure Bavarico non videtur adeò requiri.*

DIffert, aut saltem singulariter quædam vel statuit, vel permittit *art. hic octavus*, quàm quæ statuta, vel sancita sunt in jure communi: inprimìs ex singulari juris beneficio parentibus concessum est, inter liberos suos testari, & disponere vel coram duobus testibus, vel si manu sua propria scribant hoc testamentum, ut saltem specificè, & singulariter subscribant, atque ratificent, text. & DD. *in L. hac consultissima.* 21. *§.* 1. *Cod. de testam. & quemadm.* ea scilicet ex ratione, quia inter liberos, qui aliàs ab intestato succedunt, timenda non est fraus, ut ait Brunneman. *ad cit. §* 1. *& Auth. quod sine Cod. cit. tit. n.* 4. *& seq.* Bened. Carpz. *part.* 3. *constit.* 4. *def.* 15. Sequuntur statuta Patria, hoc solo singulariter addito, quòd eo in casu, quo parentes ipsimet testamentum, vel suam ultimam voluntatem non conscripserunt, ex jure Bavarico subscriptio liberorum sit necessaria juxtà *art.* 8. *hoc tit.* 34. oder da sie demselben durch einen andern schreiben liessen, durch die Kinder underschreiben lassen ꝛc. quamvis illust. D.B. Schmid. *ad hunc art.* 8. *n.* 18. omninò suadeat, ut præter liberos etiam parentes simul subscribant, ut hac ratione omne dubium, & altercatio tollatur. Alterum est, quòd ad testamentum inter liberos, omissis aliis solennitatibus, de jure communi tamen hoc adhuc requiratur, ut scriptura patris, in vim testamenti valitura, fiat cum expressione diei, & consulis, ut olim Romani loquebantur, & tempus à Consulatu computabant, vel hodie cum expressione diei, mensis, & anni, dum aliàs in vim duntaxat divisionis paternæ sustineatur, text & DD. *in Auth. quod sine. Cod. de testam.* Sichard. *ibidem. n.* 5. colendiss. D. Parens *de testam. ord. q.* 34. Manz. *de testam. tit.* 4. *q.* 3. *n.* 2. Cùm tamen de jure nostro Patrio ejusmodi expressio diei, & consulis non desideretur, neque hujus ulla fiat mentio, adeóque & non requiri statuitur, prout & ita in consilio Revisorij. 15. *Febr.* 1663. judicatum fuisse, refert D. Parens *d. q.* 34. *ob.* 1.

Margin: 1 (beside line 1), 2 (beside "Carpz. part. 3..."), 3 (beside "Alterum est"), 4 (beside "Cùm tamen")

Landtrecht.

Titulus XXXIV. Articulus X.

SUMMARIA.

1. *Quid requiratur ad testamentum, ruri inter rusticos conditum?*

2. *Tempore pestis unitas contextûs est remissa.*
3. *In aliquibus locis etiam pauciores testes adhibentur.*
4. *Quid in Bavaria requiratur ad testamentum, tempore pestis conditum.*
5. *Quid si in urbe, vel pago pestis grassetur, sed testator alio morbo decumbat.*
6. *Aliqui hoc privilegium etiam tunc admittunt, si dissenteria grassetur.*

1 SIcut tam de jure communi *in L. & ab antiquis. fin. Cod. de testam.* Recess. Imp. *de anno* 1512. §. und sollen die *notarien.* Quàm & jure Bavarico Landtrecht. *Tit.* 34. *art.* 9. rusticis id privilegij conceditur, ut, ubi ratione loci ruralis septem testes haberi, & convocari non possint, iisdem permissum sit, coram quinque testibus validè testari: passim Int. *in d. L. fin. Cod. de testam.* Ant. Perez. *ibidem. n.* 29. ubi *n.* 30. eleganter tradit, etiam aliis, ruri forsan morbô præoccupatis, & testamentum condentibus, ex
2 *hac L. cit. fin.* subveniendum esse. Brunneman. *ibidem n.* 6. Ita & tempore pestis, vel contagionis solennitates, aliàs requisitæ, in tantùm sunt temperatæ, ut juxtà communiorem opinionem in puncto juris non quidem numerus testium septennarius, sed duntaxat unitas contextûs, & convocatio testium ob majus periculum, confluxu plurium hominum eveniens, est remissa, text. Int. *in L. casus.* 8. & *L. fin. Cod. de testam.* And. Fachin. *lib.* 5. *controv. cap.* 92. Berlich. *part.* 3. *conclus.*
3 5. *n.* 6. Quamvis de consuetudine locorum nonnullorum pauciores sufficiant, quæ tamen consuetudo probanda, vel notoria esse debet, prout præjudicia Cameræ Spirensis affert And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 118. *n.* 18. quòd testamentum, tempore pestis conditum, coram duobus, vel tribus testibus, valuerit, vid. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 96. quam sententiam etiam in Saxonia, quin & alibi observari, tradit. Brunneman. *ad d. L.* 8. *n.* 5. & 6. Alii etiam quinque testium numerum sufficere, ajunt cum Julio Claro *lib.* 3. *sent.* §. *testamentum. quæst.* 56. & aliis Int. *arg.*
4 *L. fin. cit. Cod. de testam.* Jura Bavarica hanc controversiam decidendô statuunt, quinquennarium numerum testium in casu pestis, aut contagionis sufficere ad hoc, ut testamentum valeat, *in art.* 10. *hoc. tit.* 34. verbis: So mag ein jeder vor fünff Zeugen sein Testament auffrichten ꝛc. ita, ut etiam hoc expressum sit, testes hoc in casu convocatos, non necessariò debere in cubili testatoris existere, & ibi cum magno sui, & aliorum periculo commorari, sed satis esse, si testatorem videant, & percipiant: Ist auch nicht nothwendig, daß die Zeugen eben in dem Zimmer sein, wo die krancke Person ist, sonder wann die Zeugen die krancke Person wol, und deutlich sehen kunden, und deren Wort klar-

klärlich vernemmen mögen, ist solch Testament nichts minders gültig
rc. illust. D. B. Schmid. *d. art.* 10. *per. tot.* Sed quid si in urbe, vel 5
pago contagio quidem grassetur, ipse tamen testator eâ non decumbat, sed alio gravi, & communicabili morbo sit ægrotus, an pariter hôc privilegiô uti, & eo, qui tempore pestis est permissus, modo testari
possit; affirmatur id de jure communi apud Brunnem. *ad cit. L.* 8. *Cod.* 6
d. tit. n. fin. Idem quoque privilegium extendi ad dissenteriam, putat Bened. Carpz. *part.* 3. *const.* 4. *def.* 2.

Landtrecht
Tit. XXXIV. Art. XII. & XIII.
SUMMARIA.

1. *De jure communi conjuges uno in codice testari possunt.*
2. *Concordat jus Bavaricum, ita tamen, ut testes hoc exprimant.*
3. *De jure Bavarico conjux conjugi licentiam dare potest etiam de suis bonis testandi.*
4. *Id quod de jure communi nullibi legitur, esse permissum.*

DUm jus Justinianeum conjugibus facultatem indulget, uno in codice, & tabulis, iisdémque sub solennitatibus testamentum facien- 1
di, & de mutua successione disponendi, text. & DD. *in L. licet. Cod. de pact.* Jul. Clarus. *lib.* 3. *sent.* §. *testamentum. quæst.* 60. *n.* 1. Vigl. *in* §. *fin. Inst. de testam. ord.* Wisenbach. *ibid. thes.* 27. And. Gail. *lib.* 2. *observ.* 117. *n.* 1. & alii ab eo relati, omnium latissimè Pet. Peckius *de testam. con-*
jug. In eo quoque conveniunt statuta Bavarica Landtrecht *tit.* 34. *art.* 2
12. ibi: Der Eheleut Testament, welche sie gegeneinander auffrichten, kunden in zwayen underschidlichen, oder auch einem ainigen Libell vergriffen werden, ita tamen, ut testes adhibiti saltem duo priores exprimant, se duorum conjugum testamenta subscribere, & signare *cit. art.* 12. Landtrecht. *hoc. tit.* & de jure communi in praxi idem requirit And.
Gail. *cit. obs.* 117. *n.* 3. In hoc tamen notanter jus Bavaricum discrepat à 3
jure Justinianeo, quòd in Patria unus conjux alteri possit facultatem, & licentiam impertiri, non tantùm de propriis, sed etiam de suis facultatibus, & bonis disponendi, & testandi, ut ostendunt verba *art.* 13. *tit.* 34. es kan auch daß ein Ehegemächt dem andern gewalt und bewilligung geben, das es von seinem deß bewilligenden Ehegemächts Guet, sowol als

4 ſeinen ſelbs aignen Guet teſtiern mög ꝛc. De jure verò communi Cæſareo regulariter non magis unus conjux alteri de ſuis bonis teſtandi facultatem concedere valet, quàm aliàs in jure certum ſit, teſtamenti factionem per ſe firmam eſſe debere, & non ex alieno poſſe pendere arbitrio, text. & DD. *in L. illa institutio. 32. ff. de hæred. instit.*

Landtrecht
Titulus XXXIV. Articulus XV.
SUMMARIA.

1. *Teſtamentum validum non revocatur niſi per aliud teſtamentum ſubſequens rursùs validum.*
2. *De jure communi ſatis non eſt, teſtamentum revocari coram ſeptem teſtibus.*
3. *De jure Bavarico ſufficit revocatio, coram ſeptem teſtibus facta, ſi teſtator ſimul declaret, ſe velle ab inteſtato decedere.*
4. *Qua declaratione facta non obſtante, poterit tamen adhuc teſtamentum aliud facere.*
5. *Aliqui hanc juris Bavarici conſtitutionem, etiam communi juri convenientem putant.*
6. *Revocatio, coram paucioribus teſtibus facta, obſervatur quoad legata.*
7. *Minime tamen quoad hæredis inſtitutionem, niſi ſimul decennium ſit elapſum.*
8. *A quo tempore computetur hoc decennium de jure communi?*
9. *Et à quo tempore de jure Bavarico?*

1 AGit *hic articulus* 15. de teſtamenti, ſeu ſolennis voluntatis immutatione, & revocatione: convenit juri communi in multis, & plerisque, diſcrepat in aliquibus; hoc utrique juri placet, voluntatem, & teſtamentum validum aliter non revocari, niſi per aliud teſtamentum ſubſequens, validum rurſùs & ſubſiſtens, unumquodque enim eo modo diſſolvitur, quo eſt colligatum text. & Int. *in L. nihil tam naturale.* 35. *ff. de R. I. L. tunc autem.* 2. & *L. cùm in ſecundo.* 16. *ff. de injuſto, rupto, irrito &c.* Mantica *de conject. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 9. Brunneman. *ad d. L.* 2. *ff. d. tit. n.* 1. & 2. *§. ex eo Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* & paſſim Interp. Stat. Bavarica Landtrecht. *tit.* 34. *art. hoc.* 15. ibi: Doch ſoll die Widerrueffung ordentlich ge-
2 ſchehen, nemblich durch ein ander kräfftig und gültig Teſtament. Quod ſi verò poſterius teſtamentum nullum fuit, ſed prius coram teſtibus duntaxat revocetur, non omninò, & penitùs concordat jus Patrium juri

juri communi; etenim regulariter de jure communi hæc revocatio est inutilis, ut ut etiam coram septem testibus facta, *cit. §. ex eo autem 7. Instit. quib. mod. testam. infirm.* eòquòd ea, quæ legitimô, & ordinatô modô in jure fiunt, modô iterùm solennî, & ordinatô debeant subverti, per antè allegatum textum *in L. nihil tam naturale. 35. ff. de R. I.* clariss. D. Manzius *in cit. §. ex eo autem 7. Inst. d. tit.* clariss. D. à Widmont. *ff. tit. de injust. rupt. & irrito test. n. 34. & 35.* Attamen jus statutarium ejusmodi solam, & nudam revocationem, eo casu coram 7. testibus factam, in favorem hæredum ab intestato saltem tunc sustinet, quando testator coram septem testibus testamentum revocat, & simul expressè declarat, se velle ab intestato, & sine testamento mori: juxta verba *art. cit.* oder das der testierer vor siben Zeugen offentlich anzaige, wie daß er sein gemachts Testament wölle widerrueffi haben, allweiln er gedacht sey, one Testament zusterben ꝛc. Ut ut per hoc eidem ulterioris testamenti factio non sit adempta, ut benè monet *d. art.* 15. ibi: Doch ist ihme unbenommen, hernach ein anders Testament zumachen ꝛc. Quamquàm & de jure communi ejusmodi revocationem, unà cum clausula, se velle ab intestato decedere, conjunctam, pariter observari, velit clariss. D. à Widmont. *d. loco n. 36.* cujus opinione assumpta, nulla erit inter utrumque jus differentia. Quod si verò revocatio hæc non coram 7. testibus, sed ad minimum coram tribus, vel ad acta facta fuerit, ut statuit text. *in L. sancimus. 7. Cod. de testament.* & Stat. Patria. *d. art. 15.* ibi: Weren aber bey solcher widerrueffung weniger, doch auffs wenigist drey Zeugen ꝛc. tunc utrumque jus pariter convenit, ita, ut quoad legata, & particulares minùs solennes voluntates revocatio quidem observetur, & valida censeatur, text. & DD. *in L. 3. §. fin. ff. de adim. legat. L. si jure. ff. de legat. 3.* Stat. Bav. *d. art. 15.* ibi: So vil aber die legata, und andere geschäfft belangt, ist solche widerrueffung alsobald gültig, wann gleich nur drey Zeugen darbey gewesen; Econtrà quoad hæredis institutionem, & testamentum ipsum ejusmodi revocatio nihil operetur, nisi simul 10. anni fuerint lapsi, juxtà *cit. L. sancimus. 27. & d. tit.* ibi. *& decennium fuerit emensum:* Stat. Bav. *d. art. 15.* ibi: So gült dieselb, so vil die Erbsatzung anlangt, anderst nit, weder wann nach solcher widerrueffung zehen Jar verflossen ꝛc. Sed à quo tempore hoc decennium computetur, an à facto testamento, vel à facta revocatione, videtur jus Patrium à jure communi differre; etenim jure communi videtur receptior esse opinio, à condito testamento hujus decennii cursum incipere, & computari per verba textûs cit. *post ejus confectionem &c.* item,

item, *fin autem in medio tempore &c.* Jul. Clarus *d. loco §. testamentum. q.* 91. & alii citati apud Brunneman. *ad d. L. sancimus.* 27. *Cod. d. tit. n.* 10.
9 At de jure Patrio id expressum est, ut hoc decennium à tempore revocationis incipiat computari, per verba: Wann nach solcher Widerruefsung zehen Jahr verflossen: utut hanc juris Patrii resolutionem etiam de jure communi recipiant, tanquam rationabiliorem, ut loquitur idem Brunneman. *d. n.* 10. & fatetur ipse illust. D. B. Schmid. *ad d. art.* 15. *n.* 8. adeóque *hic art.* 15. in nullo penitùs à jure communi discrepare videri poterit, nobis non adeò invitis.

Landtrecht
Titulus XXXV. Articulus II.
SUMMARIA.

1. *Hæredis institutio de omni jure est basis testamenti.*
2. *Liberi à parentibus debent institui, vel exhæredari.*
3. *De jure communi filius exhæredatur, sive cum noverca, sive cum concubina patris peccet.*
4. *Hoc totum jure Bavarico est omissum, vel immutatum.*
5. *Liberorum, qui parentes captivos redimere negligunt, portio ab Ecclesiarum Rectoribus ad aliàs captivos redimendos debet applicari.*
6. *Hoc in Bavaria Magistratibus incumbit.*

1 HÆredis institutionem esse basin, ac fundamentum cujuscunque testamenti de jure communi, & Bavarico, est indubitatum *L. jubemus.* 29. *Cod. de testament. tot. tit. de hæred. instit.* Landtrecht. *tit.* 35. *art.* 1.
2 Pariter & liberos debere institui, vel exhæredari, & eosdem ex 14. causis, ascendentes tamen, & parentes ex 8. duntaxat causis posse exhæredari, quin &, si liberi sint injustè, & non ritè exhæredati, iisdem testamentum nullum parere præjudicium, constat ex *tot. tit. de exhæred. lib. tot. tit. de inoff. testam.* Landtrecht. *cit. tit.* 35. *art.* 2. & 3. Quæ sicut omnia declaratione hîc, & nunc non egent, ita & eas voluimus solùm adnotare differentias, quas illust. D Cancellarius *ex d. art.* 2. depromit, secun-
3 dùm se nec arduas, nec deductione ulteriori egentes, Prima ea est, quòd jus commune Justinaneum filium pari modo censeatur exhæredationis promereri pœnam, sive cum noverca sua, sive cum concubina pa-
4 tris concubuerit, tex. & DD. *in Nov.* 115. *cap.* 3 §. 6. Attamen hoc in statutis

tutis Bavaricis ex suis caussis vel omninò omissum, vel hodie immutatum censetur, quo concubinatus absolutè est sublatus, & prohibitus, Landtrecht. *d. art. 2. tit. 35.* Altera est, quod *in alleg. Nov. 115. cap. 3. §.* 5
13. in specie sancitum sit, portionem illam, quæ ad liberos illos, qui parentes suos captivos neglexerunt, nec festinaverunt eorum redemptionem procurare, aliàs pervenisset, iisdem aufferri, & ad Ecclesiam transferri, ita tamen, ut Ecclesia easdem pecunias in redemptionem aliorum captivorum applicet. Id quod in jure Patrio quidem eadem ratione est 6
provisum *in art. 2. vers.* Zum zwölfften, ibi: zu Erledigung gefangner Personen angewendet werden. hôc tamen notatô, ut Magistratibus jus sit, ejusmodi portiones asservare, & debita ratione impendere, ut tradit D. B. Schmid. *ad d. art. n. 29.*

Landtrecht
Titulus XXXVI. Articulus V. & VI.
SUMMARIA.

1. *Liberi parentes, & vicissim Parentes liberos in portione legitima debent instituere.*
2. *Debet hoc fieri honorabili titulô institutionis.*
3. *Si legitima ita relicta non est, testamentum est nullum.*
4. *Si portio minor sit relicta, datur actio ad supplementum.*
5. *De jure Bavarico filiabus Illustribus, & Nobilibus renuntiatis, vel Bavaricæ Nobilitatis capacibus, actio ad supplementum non datur.*

Liberos à parentibus, & vicissim parentes à liberis necessariò debere 1
vel institui, vel exhæredari, dictum est antè; id quod tamen non ita est intelligendum, quasi de omnibus omninò facultatibus, & bonis hæc lex sit scripta, sed satis est, si liberi parentibus suis trientem, parentes verò liberis suis pro numero vel trientem, vel semissem tanquam portionem legitimam, & naturali jure debitam, sine omni onere relinquant; Et ita quidem relinquant, ut liberi eam portionem regu- 2
lariter titulô honorabili institutionis capiant, text. & DD. *in Nov. 18. & Nov. 118. & Nov. 115. cap. 3. & 4. tot. tit. ff. & Cod. de liberis, & posth. instit. &c.* Clariss. D. Fachin. *lib. 4. cap. 24. 25 & 28.* Berlich. *part. 3. conclus. 12.* & passim Interpretes. Stat. Bav. Landtrecht. *tit. 36. art. 1.*

& *art.* 5. ibi: Sondern es ist notwendig, daß sie in solcher Notgebürnus zu rechten Erben eingesetzt werden ꝛc. (quamquàm non quidem in testamento, ut nos magis intelligimus, sed tamen in paterna divisione etiam legitimam titulô legati liberis relinqui posse, & sic hunc *art.* 5. cum *art.* 8. *præcedent. tit.* 34. concordari, tradit Illust. D. B. Schmid.
3 *ad art. hunc* 5. *n.* 7. & *tit.* 5. *n.* 2.) Et quidem jura tum communia, tum Bavarica liberis quoad legitimam adeò favent, ut non tantùm, si eadem ipsis titulô institutionis non obveniat, hodie testamentum nullum sit, text. & DD. *in Nov.* 115. *cap.* 3. 4. Stat. Bav. Landtrecht. *tit.* 36.
4 *art.* 1. Sed etiam, si forsan liberis à parentibus minor aliqua portio, quàm sit legitima, forsitan sit relicta, & expressa, ejusmodi liberi actione ad supplementum omne id consequi possint, quod legitimæ portioni deest, text. *in* §. *sed hæc ita.* 3. *inst. de inoff. testam L. omnimodo.* 30. *cum. L. seq. Cod. eodem tit.* Berlich. *part.* 3. *conclus.* 13. *per tot.* Stat. Bav. Landtrecht. *tit.* 36. *art.* 12. ibi: solche aber nicht, oder doch nit völlig bekommen, der mag dieselb in 30. Jaren nach absterben des erblassers
5 erfordern. Hucusque convenit jus Patrium cum jure communi, at in hoc differt, quòd hæc actio in supplementum filiabus Illustribus, & Nobilibus, quæ, accepta certa portione, & suppellectile, reliquæ paternæ hæreditati renuntiârunt, & hodie juxtà Decretum Electorale clem. *de dato* 20. *Aprilis* 1672. ipso jure pro renuntiatis habentur, in Bavarica denegetur, si portio accepta legitimam non adæquet, ut statutum est *in art.* 6. *hoc tit.* 36. verbis: Und under den schein, als hetten sie ihr legitimam nit bekommen, ihnen wider ihre Brüder, und dero Mänlichen Erben kein klag gestattet, sonder es one mittel, bey dero ordenlichen geschwornen Verzicht gelassen werden. vid. illust. D. B. Schmid. *art.* 6. *n.* 6. nempe Familiarum dignitas non per fœminas, sed masculos dicitur conservari, Curt. Sen. *consil.* 40. *n.* 2. atque inde agnatos masculos esse digniores in multis, colligere licet *ex L. cùm pater.* 77. §. *pater.* 21. *ff. de legat.* 2.

Landtrecht.

Titulus XXXVI. Articulus XII.

SUMMARIA.

1. *Collaterales non sunt hæredes necessarij, nec habent querelam.*
2. *Nisi sit persona turpis instituta: & quænam personæ turpes dicantur?*
3. *In Bavaria videtur testamentum, vel legatum omninò nullum.*

4. De

4. *De jure communi non omnibus fratribus jus est quærellandi testamentum fratris, quo turpis persona est instituta.*
5. *In Bavaria videtur omnibus fratribus, & eorum liberis hoc permissum.*
6. *Videri posset, ejusmodi testamentum in Bavaria non esse omninò nullum.*

EXpeditum est in jure utroque communi, & Patrio, fratres, sorores, & collaterales reliquos, sicut nec hæredes sunt necessarii, ita & nullam posse prætendere legitimam, vel titulô institutionis, vel titulô legati: text. & Int. *in* §. 1. *Inst. de hæred. qualit. & diff.* Atque hinc consequitur, eos forsan præteritos, vel exhæredatos, regulariter nullam querelam, aut actionem in supplementum habere, qua locô legitimæ quicquam possint petere, unico duntaxat excepto casu, quo nempe frater personam turpem, infamem, maculatam, inhonestam, aut aliàs malæ famæ, schändliche leichtfertige, und solche Person, die nit allerdings erbar, sonder einen Mackel, und bößen Rueff hette, ut describit *art. cit.* 7 Landtrecht *tit.* 36. aut deinde, andere leichtfertige Personen, als Schalcksnarren, Gauckler, Lottersbueben, uneheliche Kinder, item die in offner Unzucht und concubinat leben, und dergleichen liederliche Leut sein, ut recenset *art.* 8. *sequens d. locô*, in testamento hæredem scripserit, aut aliquid per aliam ultimam voluntatem reliquerit; hoc enim in casu fratres, & sorores testatoris testamentum hocce poterunt querelare, & vel totum, vel saltem valde probabiliter quoad illam tantùm portionem invertere, pro qua turpis persona est instituta, text. & DD. *in L. fratres, vel sorores.* 27. *Cod. de inoff. testam.* §. 1. *Inst. de inoff. test.* clariss. D. Manz *de testam. tit.* 10. *q.* 20. *n.* 3. & 4. Wesenbec. *ff. de inoff. testam. n.* 7. & passim. Int. *cit. locis.* In Bavaria censetur ejusmodi testamentum, aut legatum statim, & omninò nullum, ut verba textus *in art.* 7. inducunt, so ist solche Erbsatzung, oder geschäfft gegen des testierers Geschwistergiten, gantz und gar ungültig, sive simul, & præter personam turpem, aut maculatam sint instituti, aut illis aliquod legatum relictum sit, sive non, ut in terminis subjungit *cit. art.* 7. ob gleich die Geschwistergit in solchen Testament zu erben eingesetzt, oder sonsten weren bedacht worden rc. quò & faciunt, quæ tradit. D. B. Schmid. *ad cit. art. n.* 6. Rursùs & in eo videtur inter jus commune, & Bavaricum intercedere notabilis differentia, quòd de jure non omnibus fratribus indistinctè, aut sororibus permissum censeatur jus, ejusmodi testamentum quærelandi, sed duntaxat fratribus, & sororibus germanis, seu quibus idem fuit pater, & eadem mater, & consanguineis, seu, quibus idem est pater, diversa verò mater, ita, ut

1
2
3
4

ſecundùm communiorem Interpretum opinionem uterini à querela excludantur, text. & Int. *in* §. *ſoror. Inſt. de inoff. teſtam. L. fratres*. 27. *Cod. eodem. ibidem* Gothofred. *lit. H.* clariſſ. D. Manz. *d. tit. q.* 20. *n.* 8. Joan.
5 Brunneman. *ad. d. L.* 27. *n.* 1. Aſt de jure Bavarico magìs eſt, ut dicamus, omnes indiſtinctè fratres, ſorores, etiam uterinos ad jus dicendi hoc teſtamentum nullum admitti: cùm, quia *articulus* 7. ſemper, & indiſtinctè de omnibus fratribus loquitur: Von den Geſchwiſtergiten ꝛc. tum etiam, quia de jure Bavarico hoc teſtamentum cenſetur jam eſſe nullum, atque ſic, cùm res deveniat ſtatim ad caſum inteſtati, uterini non minùs nullum poterint dicere teſtamentum, quò & de jure aliàs ab inteſtato ſuccedunt. *Nov.* 118. Id quod etiam pari ex fundamento in Bavaria ad fratrum, & ſororum liberos extendit illuſt. D. B. Schmid. *d. locô. n.*
6 12. Sed certè, quid obeſſet, ſi quis aſſeret, jus Patrium parùm à jure communi differre, & ejusmodi teſtamentum, ubi turpis perſona eſt inſtituta, quoad eam duntaxat perſonam, & portionem, huic inhoneſtæ perſonæ relictam, eſſe nullum, cùm *articulus* 7. dicat: So iſt ſolche Erbſatzung oder Geſchäfft NB. gegen deß Teſtierers Geſchwiſtergiten (non verò reſpectu aliorum) gantz und gar ungültig, item: Dann alles, was ſolchen leichtfertigen Leuten verordnet wirdt, ſoll den Geſchwiſtergiten folgen.

Landtrecht

Titulus XXXVI. Articulus XIII.

SUMMARIA.

1. *Si Pater filio impuberi ſubſtituat, an eo demortuo, & quid capiat mater?*
2. *De jure communi videtur ea receptior opinio, quæ matrem omninò excludit.*
3. *Quid de jure Canonico hoc in puncto ſit ſancitum?*
4. *Jus Bavaricum latiſſime hanc controverſiam decidit.*

1 QUod ſi pater Sempronius filio ſuo Cajo impuberi Mævium ſubſtituerit, an mater Caii, forſan adhuc ſuperſtes, eodem ex poſtfacto demortuo, nihil capiat, & à legitima quoque portione, aliàs matri à filio debita, cenſeatur excludi, anceps eſt dubium, & tam perplexa, & intricata quæſtio, ut ait Berlich. *part.* 3. *conclus.* 10. *in prin.* de qua Interpretes juris tam variè ſcribunt, ut vix diſcerni poſſit, cui magis

gis sit adhærendum. De jure communi (omissis aliis distinctionibus, 2
& limitationibus, de quibus videatur cit. Berlich. *dict. conclus.* 10. *per tot.*) plurium interpretum calculô ea magis videtur approbata opinio, matrem Caii non tantùm in legitima, sibi à filio debita, sed & in legitima, ipsi filio Cajo à patre obveniente, & sic in omnibus omninò bonis excludi, atque Mævium substitutum jure paternæ substitutionis in omnibus ejus bonis succedere, per text. *in L. Papinianus.* 8 *§. sed neque impuberis.* 5. *ff. de inoff. test. arg. L. Lucius Titius.* 45. *ff. de pupill. substit. L. in precibus.* 8. *Cod. de impuber. & aliis substit.* Hart. Pistor. *obs.* 30. *n.* 2. *&*
seq. D. Parens. *tit. Inst. de substit. q.* 5. *ob.* 1. Quam opinionem, licèt 3
forsan de jure civili dubia sit, attamen eandem confirmant, expressé que approbant jura Canonica *in Cap. si pater.* 1. *in fine. de testam. in* 6. & propterea hanc eandem sententiam in utroque foro esse observandum *arg. Cap.* 1. *&* 2. *de oper. nov. nunt.* docet Berlich. *d. conclus.* 10. *n.* 21.
vers. deinde Didac. Covarruv. *de testam. cap.* 10. *n.* 21. Ast jus Bavaricum 4
aliud quid disponit, & filii Caii bona in tres distinguit species, in bona nempe filio Caio aliunde, non à patre, sed à consanguineis v. g. obvenientia, dein in bona à patre provenientia, sed duntaxat legitimam eorum portionem, & denique in reliqua bona paterna, ultrà portionem legitimam residua; ita, ut in prima, & secunda bonorum specie, id est, in bonis, aliunde ad filium provenientibus, & in portione legitima, à patre necessariò filio relinquenda, mater non censeatur exclusa, sed ei omninò debeatur portio legitima, quam filius matri debeat relinquere, in tertia autem specie absolutè censeatur exclusa, & substitutus admissus, cùm hæc bona, ultrà legitimam, filio debitam, adhuc residua, etiam extraneo potuissent relinqui: ut latè est statutum in jure Bavar. Landtrecht. *tit.* 36. *art.* 13. verbis: Dann in dem jenigen Guet, welches das Kind nit von seinem verstorbnen Vatter, sondern anderstwoher bekommen, kan der Vatter, deß Kinds Muetter die legitimam, oder Notgebürnuß weder durch die Afftererbsatzung, welche dem unvogtbarn Kind geschicht, zu latein pupillaris substitutio genant, noch durch ainiche andere Afftererbsatzung, und substitution, nit nemmen; was aber deß jenigen Guets ist, welches ausserhalb der Vätterlichen legitima, oder Notgebürnus von dem Vatter dem Kind verlassen wirdt, in demselben Guet hat die Muetter auff absterben deß Kinds kein Notgebürnus, wann der Vatter dem Kind, da es unvogtbar verstürbe, einen Afftererben gesetzt hette ꝛc.

Landtrecht

Titulus XXXVI. Articulus XIV.

S U M M A R I A.

1. *Quæ in legitimam imputari, & quæ conferri debeant, utrumque jus convenit.*
2. *In Bavaria collatio fieri debet inter omnes personas, quæ legitimæ petendæ jus habent.*
3. *Hinc jure Bavarico etiam ascendentes conferre debent.*

1 ARticulus 10. & 14. *hoc tit.* 36. in eo conveniunt, quòd in utroque videatur illud statui, quòd, & quænam in legitimam imputari, & sic in actione familiæ herciscundæ, seu divisione hæreditatis conferri debeant: pleraque juri communi conveniunt, si verba textuum considerentur, Nisi, quòd ex *art.* 14. propterea aliqua discrepantia deducatur,
2 quia in eodem generaliter statuitur, collationem daß einwerffen, oder stillstehen, in hæreditatum divisionibus fieri debere inter omnes illas personas, quibus à defuncto legitima debuisset relinqui, per verba *art. cit.* welche einwerffung, oder stillstehen aber allein beschicht zwischen den jenigen
3 Personen, welchen man die Notgebürnus schuldig ist rc. Et hinc consequi videatur, etiam ascendentes, si quid forsan à liberis suis acceperint, id indistinctè post mortem debere conferre, ea ex ratione, quia & ascendentibus legitima à liberis debetur: cùm tamen de jure civili communi potiorum interpretum opinio eò inclinet, quòd inter ascendentes collatio non habeat locum. Int. *ad L. si emancipati.* 9. *Cod. de collat.* eò quòd hi ascendentes turbato moralitatis ordine censeantur liberis suis prædefunctis succedere, ut ratiocinatur Ant. Perez. *ad tit. Cod. ibidem. n.* 3. cum Henr. Zœs. *ad ff. tit. de collation. bonor. n.* 4.

Landtrecht

Titulus XXXVII. Articulus I.

S U M M A R I A.

1. *Circà materiam codicillorum plerumque jus commune, & Bavaricum conveniunt.*

2. *Si*

2. Si in testamento pauciores, quàm septem testes sufficiunt, an hoc etiam de codicillis sit intelligendum?
3. Affirmat jus Bavaricum.
4. Sequuntur in praxi alii quidam interpretes non pauci.
5. Alii in puncto juris probabiliter negant.
6. Et 7. Satisfacimus uni, & alteri objectioni oppositæ.

ABsolutâ testamentorum materiâ, examinata hæredum qualitate, differentia, & institutione, ordine transit serenissimus Legislator Bavaricus ad codicillos: conveniunt plerumque jus Bavaricum, & commune, uno vel altero duntaxat excepto. 1
Nobilis est controversia, an, si in testamento vel ex singulari juris indulgentia, vel ex consuetudine pauciores, quàm septem testes, & v. g. ut in testamento, inter rusticos condito, quinque sufficiant, anne eo ipso etiam numerus, in codicillis jure præscriptus, quinque testium sit remissus, & ad pauciores, quàm quinque reductus? 2
Annuit notanter, & in terminis jus Patrium *in art. 1. hoc tit. 37.* verbis: Were aber der gebrauch, oder Freyheit wegen minderer anzahl der Zeugen, allein in Testamenten, so mag an selbigen orten, zu den codicillen, allzeit umb zween Zeugen weniger dann in Testamenten gebraucht werden, doch daß aufs wenigist zween Zeugen gegenwertig seyen. 3
Sequitur, & forsan in praxi non malè eandem sententiam, & tanquam de jure communi veriorem, clariss. D. Nicol. Everhard. *consil. vol. 2. cons. 11. n. 38.* ubi codicillum alicujus Comitis, coram tribus testibus Viennæ factum, validum pronuntiat, ideò, quòd, ut ipse habet, ex consuetudine Viennæ testamentum valeat coram duobus testibus factum, & iis rationibus hanc opinionem roborant interpretes, tum, quòd, cui licet plus, liceat & minus, *Cap. cui licet. de R. I. in 6. L. non debet cui, quod plus est. ff. de R. I.* atqui plus est, facere testamentum, quàm codillum, ergò si testamentum licet facere coram testibus duobus, cur non & codicillum? tum, quòd patri, cui inter liberos testandi remissa est solennitas septem testium, censeatur & remissus in codicillis numerus testium quinque *per L. hac consultissima. §. ex imperfecto. Cod. de testam.* Bened. Carpz. *part. 3. constit. 4. def. 3. n. 2. & 3.* 4
Ast alii, & in puncto juris probabiliter id negant, & ex eo, quòd testamenti factio sit privilegiata, minimè sequi, etiam in codicillo solennitates esse remissas, ex eo probant, tum, quòd hoc in jure nullibi legatur permissum, erubescamus autem sine lege loqui, tum, quòd juris speciale privilegium, aut singularis consue- 5

ſuetudo in uno caſu, vel de una ſpecie expreſſa, vel notoria eo ipſo ſe non extendat ad alium caſum, ut docet Bart. *in L.* 2. *ff. de legat.* 1. *n.* 5.
6 Illuſt. D. B. Schmid. *ad art. cit.* 1. *n.* 7. cum aliis allegatis. Neque obeſt, quòd, cui plus liceat, etiam liceat minus, & ſic qui teſtari poſſit coram teſtibus paucioribus, poſſit & codicillari coram paucioribus, quàm quinque, cùm hoc dici queat de codicillis, qui à teſtamento dependent ab eo robur accipiunt, & in teſtamento fiunt, non autem de codicillis aliis, qui per ſe, ut ſeparatus actus ultimæ voluntatis, conſiſtunt, & ſubſiſtunt; præſertim, cùm à teſtamentis non ſemper, & in omnibus non expreſſis liceat ad codicillos argumentari, ſic non admittuntur ad teſtamenta teſtes, niſi maſculi, hoc tamen non omnes Interpretes requirunt in codicillis, & ſi qua talia ſunt, colendiſſ. D. Parens *ad Inſt. de teſtam. q.*
7 36. Neque alterum movet à paritate patris, inter liberos teſtantis, deſumptum argumentum, cùm id nimiùm, & ſimul probaret, ut pater non tantùm coram duobus, ſed uno teſte debeat poſſe codicillari, ut patet: dum & ipſi illi interpretes, ut tradit, & elegantem rationem affert Carpz. *d. locô n.* 4. unà cum jure Bavarico, qui affirmativæ accedunt opinioni, in codicillis pauciorem teſtium admittunt numerum eo ſolùm in caſu, quo ad teſtamentum quinque teſtes requirentur, quòd ſi verò adhuc pauciores in teſtamento, & v. g. duo tantùm teſtes requiruntur, hunc numerum ampliùs reduci, & diminui non volunt, ut benè advertit illuſt. D. B. Schmid. *ad d. art.* 1. *n.* 7. & 8.

Landtrecht

Titulus XXXVII. Articulus II.

SUMMARIA.

1. *Codicillos antè, vel poſt, vel in ipſo teſtamento fieri poſſe, jura omnia conveniunt.*
2. *Jure Bavarico codicilli, poſt teſtamentum conditi, ſingularia quædam requirunt.*
3. *Id quod de jure communi nullibi ita ſtatutum invenitur.*
4. *Aliquid in hoc articulo II. juris Bavarici ſupplendum eſt.*
5. *Refertur caſus practicus ſuper codicillo, ad teſtamentum adjecto.*

Co-

CODicillos & antè, & post, & in ipso testamento regulariter, sua ratione validè fieri posse, & subsistere, etiamsi in separatis foliis, & schedis fiant, abundè constat ex §. *non tantùm. Inst. de codicill. L. sive ab initio. 6. Cod. de codicill.* Ant. Perez. *ibid. n.* 3. & 4. *L. conficiuntur.* 8. *L. ab intestato.* 16. *ff. de jure codicill.* Zoes. *ibidem n.* 3. & passim. Int & in hoc jus Bavaricum concordat *in art.* 1. & 2. *tit.* 37. Landtrecht; At in eo differre videtur, quòd in Bavaria eo in casu, quo testator ejusmodi codicillos, ad testamentum subsequentes, adjecerit, illi codicilli aliter non valeant, nisi vel testator scripserit, aut subscripserit, & simul diem, & annum, seu diem & consulem, ut jura loquuntur, addiderit: verbis: Ist gleichwol solche Zettl oder Schrifft, wann kein Zweiffel ist, daß sie der Testierer selbst geschriben, auch das Jar und Tag darinnen vermeldet, kräfftig, und gültig &c. Id quod tamen de jure communi ita expresse, & absolutè nullibi invenitur statutum, text. & Int. *in L. 6. cit. Cod. de cod.* §. *non tantùm. Inst. ibid.* clariss. D. à Widmont. *ad tit. ff. de jure codicill. n.* 54. Illud adhuc hîc monemus, quando in articulo præcedenti dicitur verbis: So hierzue erfordert, und erbetten, ex erratis addi, & suppleri debere: oder ungefehr darzuekommen, & quod attinet clausulas codicillares, relatos nos volumus, & lectores ad ipsa statuta, & quæ tradit D. Rhat. *illust. quæst. thes.* 32. & Christoph. Besold. *in delibat. lib.* 28. *q.* 8. Certè Codicillus, postmodum testamento superadditus, ex eo antè biennium impugnabatur, quòd testamentum, ut mos, & Decreta volebant illius Provinciæ, esset chartæ sigillatoriæ inscriptum, ad codicillum tamen similis charta Stempflpapier non adhibita: sustinuit tamen Facultas juridica Ingolstadiensis ex eo codicillum quòd vires, & substantiam suam unicè obtineat à testamento, id quod in praxi satis æquum videbatur.

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (at "Bavaricum concordat"), 3 (at "kräfftig"), 4 (at "54. Illud"), 5 (at "Certè Codicillus").

Landtrecht

Ad eund. Tit. XXXVIII. Art. II.

S U M M A R I A.

1. *An Falcidia detrahatur à legatis piis?*
2. *De jure communi opinantur, à legatis piis falcidiam non detrahi.*
3. *Aliqui hanc opinionem notanter limitant.*

4. De jure Bavarico detrahitur Falcidia à legatis piis in subsidium.

1 DUm *Articulus* 1. & 2. *hoc tit.* 38. latiùs in legem Falcidiam inquirit, illud impræsentiarum diversum, & controversum est, anne Falcidiam, seu quartam partem non tantùm à legatis profanis, sed etiam à
2 legatis piis, detrahere licitum sit? Quâ in controversia certè satis ancipiti plurium, & potissimorum interpretum opinio eò inclinat, & ob singularem causarum piarum favorem magis receptum est, falcidiam, seu quartam partem hæreditatis à legatis piis omninò non posse detrahi, per text. *in Auth. similiter. Cod. ad L. falcid.* sed in hæredis præcipuè damnum, & præjudicium esse, si hæreditas multis legatis piis est exhausta. Int. *ad Nov.* 131. Tyraquel. *caus. pi. priv.* 26. & 27. colendiss. D. Parens *Inst. de*
3 *L. falcid. q.* 8. Salicet. *ad d. Auth. similiter. n.* 1. Brunneman. *ibidem.* Did. Covarruv. *ad cap. Raynaldus.* §. 3. *n.* 13. & alii plures. Quamvis alii interpretes non infimæ existimationis clariss. Fachinæus *controv. juris cap.* 17. *lib.* 5. ex ipso clariss. D. à Widmont. *ff. ad L. Falcid. n.* 74. Ant. Perez *Cod. eodem tit. n.* 17. Hub. Gyphanius celebris quondam in Universitate huiate Codicis Professor primarius *ad L.* 7. *Cod. ad L. Falcid.* & alii ex *Novell.* 131. hanc sententiam in tantum temperent, ut etiam à legatis piis detrahatur falcidia, nisi hæres fuerit in mora, aut negligat præstare legata pia. Quidquid sit, de jure Bavarico aliud quid, & statutum
4 est, falcidiam à legatis piis non detrahi, nisi eo in casu, & in subsidium, si hæres quartam suam partem, seu falcidiam â legatis profanis nondum fuerit consecutus, ita, ut, legatis profanis totaliter exhaustis, primùm â legatis piis, quod falcidiæ deest, detrahatur, Landtrecht. *tit.* 38. *art.* 2. ibi: Oder hette etwas zu milten Gottseligen Wercken verordnet, von demselbigen mag der Erb auch nichts abziehen, er kundte dann von den anderen Geschäfften, den völligen vierten Thail nit bekommen, alsdann mag er den Abgang rc. Von den Geschäfften zu milten Wercken, abziehen, und innen behalten rc. ex hoc manifestè patet, non ita hæredi, sed legatariis profanis hanc constitutionem satis duram esse, ut advertit D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 4.

Landtrecht
Ad eund. Tit. XXXVIII. Art. II.
S U M M A R I A.

1. *Si res aliqua cuidam ita legatur, ut in familia ipsius permaneat, de jure communi non detrahitur falcidia.*

2. *De*

2. *De jure Bavarico detrahitur ab ejusmodi legato falcidia in subsidium, sicut à pio legato.*
3. *Si ejusmodi legatum, & legatum causæ piæ relictum, concurrant, quale quoad detractionem falcidiæ prævaleat?*

SUbsequitur altera similis inter jus commune, & Bavaricum differentia *ex hoc art. 2.* etenim de jure communi Justinianeo certum est, eo in casu, quo res alicui ita legatur, ut perpetuò apud successores ejus maneat, & non alienetur, falcidiæ detractionem cessare per *Auth. sed in ea re. Cod. ad L. falcid.* Ant. Perez *ibidem n.* 16. Brunneman. *ibidem n.* 1. & 2. ea scilicet ex ratione, quia detractio falcidiæ fieri nequit sine rei vel totius, vel partis divisione, aut alienatione, id quod tamen testatoris voluntati esset omninò contrarium, D. Parens *ad L. falcid. Inst. q.* 11. D. Widmont *ff. eod. tit. cit. n.* 72. Attamen de jure Bavarico, sicut à legatis piis, ita & ab ejusmodi legatis, ita conditionatis, primùm in subsidium, & si ex aliis legatis absolutis haberi nequeat, detrahitur falcidia, ut ostendunt verba *d. art. 2. hoc tit.* 38. auch von den Geschäfften/ die unveränderlich in einer Freindschafft bleiben sollen ꝛc. Sed quid si simile aliquod legatum alicui, & familiæ toti, vel omnibus successoribus relictum, & legatum pium concurrant, ita, ut reliquîs legatîs exhaustîs ab his quoque in subsidium detrahere vellet hæres, quale adhuc de jure Bavarico detractioni, prius subjaceat? certè nobis magìs videtur, debere priùs detrahi falcidiam à legato ita conditionato, ut res in familia maneat, & hôc exhaustô demùm causam piam in supplementum teneri, ut quæ hoc casu post omnes legatarios profanos venire censetur, utut contrarium sentiat illust. D. B. Schmid. ejusmodi casu ad regulam Detri respiciens, & inter utramque legati speciem æqualem concursum admittens *ad. d. art. 2. n.* 5. & 6.

I (margin, line 1) 2 (margin, at "Attamen") 3 (margin, at "Sed quid")

Landtrecht

Ad eund. Tit. XXXVIII. Art. II.

SUMMARIA.

1. *De jure communi antiquo testator non poterat prohibere detractionem falcidiæ.*

2. *Id quod in jure Bavarico adhuc obtinet.*
3. *De jure novo potest testator prohibere falcidiæ detractionem.*

1 TErtia insignis, quæ ex hoc art. 2. oritur, inter jus commune novum, & Patrium differentia ea est, quòd, sicut & olim de jure communi testator falcidiæ detractionem prohibere non poterat, ne jus publicum, falcidiam in bonum hæredis inducens, lædatur, text. & DD. *in L. sed ex bonis.* §. 1. *&* §. *fin. ff. de falcid.* Ita & de jure Bavarico
2 expressè sit statutum, à testatore falcidiæ detractionem non posse prohiberi: Es soll aber, verba sunt *art. cit.* 2. finalia der Testierer dem Abzug der falcidiæ zuverbieten nit Macht haben, uneracht, was deßhalben in den neürlichen Kayserl. Rechten verordnet ist; Etenim de jure com-
3 muni novo à testatore posse absolutè prohiberi falicidiæ detractionem, dummodò testator noverit vires sui patrimonii, & expressè, ac nominatim hoc agat. *Auth. sed cùm testator. Cod. ad L. falcid.* ibi: *sed cùm testator hoc expressim vetuit, non ignarus, quis modus sit sui patrimonii, cessat falcidia &c.* latè Salicet *ibid. n.* 2. *& seq.* Joann. Brunneman. *ibid. n.* 2. Ant. Perez. *ad eund. tit. Cod. n.* 12.

Landtrecht
Titulus XXXVIII. Articulus V.

SUMMARIA.

1. *An hæres, qui non confecit inventarium, detrahat trebellianicam?*
2. *Negativam aliqui amplectuntur opinionem.*
3. *Alij distinguunt inter hæredes extraneos, & filios, aut liberos.*
4. *Hanc opinionem sequuntur constitutiones Bavaricæ.*
5. *Verior videtur illorum sententia, qui dicunt, trebellianicam ob non confectum inventarium, non cessare.*
6. *De jure Bavarico testator non potest detractionem trebellianicæ prohibere etiam à fideicommissis, causæ piæ relictis.*
7. *De jure communi probabiliter aliud quid obtinet.*

1 DUm jura Bavarica *tit. hoc* 38. *art.* 4. agere incipiunt de nobilissima fideicommissorum materia, illud nobis controversiæ *ex art.* 5. *tit. cit.*

cit. erit diſcutiendum, anne hæres fiduciarius quartam, ſeu trebellianicam poſſit deducere, ſi hæreditatem forſan ſine omni inventario adjerit? Negant nonnulli, & abſolutè, ac ſimpliciter trebellianicam ceſſare aſ- 2
ſerunt, ſi hæres fiduciarius non confeciſſet inventarium argumentô, ut opinantur, firmiſſimô à falcidia ad trebellianicam deductô, text. & Int. *in Auth. ſed cùm teſtator. Cod. ad L. falcid.* Menoch. *lib.* 3. *conſil.* 272. *n.* 81. Vasquius *de ſucceſſ. lib.* 1. §. 8. *n.* 14. omnium acuratiſſimè Did. Covarruv. *ad Cap. Raynutius.* §. 11. *n.* 18. Alii diſtinguunt inter hæredes extra- 3
neos, ita, ut liberis, etiam inventario nullo confecto, jus ſit, trebellianicam detrahendi, ſecùs autem hæredibus extraneis, non liberis: Decianus *lib.* 2. *conſil.* 49. *n.* 61. huc inclinare videtur Salicet. *ad Auth. ſed cùm teſtator. n.* 7. & hoc in Gallia obtinere tradit Guido Pap. *deciſ.* 53.
Háncque opinionem expreſsè amplectitur jus Patrium *in art.* 5. *hoc tit.* 4
38. verbis: Die Trebellianica hat nit ſtatt, wann ein Erb ꝛc. die Erbſchafft one inventari angetretten, und in ſein Gewalt genommen, Es were dann ein Kind im erſten Grad, daß iſt, ein Sohn, oder Tochter ꝛc. Tertia econ- 5
trà, & in jure verior ſententia videtur eſſe eorum, qui docent, trebellianicam ob non confectum inventarium non amitti, tum, quia, licèt in aliquibus falcidia, & trebellianica æquiparentur *L.* 3. §. 1. *ff. ad Trebell. L.* 8. *& L.* 11. *Cod. ad L. falcid.* hoc tamen univerſale non ſit, & quod in falcidia ſingulare, ac odioſum eſt, ſine lege erubeſcamus deducere ad trebellianicam, ut eleganter oſtendit Ant. Perez. *ad tit. Cod. de jure delib. n.* 15. colendiſſ. D. Parens *Inſt. de L. falcid. q.* 10. *ob. un.* tum &, quia in Camera ſæpiùs ita judicatum, & ſimul hanc opinionem, uti jure veriorem, ita & conſuetudine eſſe receptam, tradat And. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 138. *per tot.* Joach. Mynſing. *cent.* 3. *obſ.* 60. & latè hanc ſententiam defendit clariſſ. Fachin. *lib.* 4. *cap.* 38. atque hâc ſententiâ ita ſuppoſitâ, inſignis inter utrumque jus intercedit differentia. Porrò & illud ſingulare, quin ſua 6
ratione à jure communi diverſum eſt, quòd ſtatuta Patria teſtatori prohibitionem detractionis trebellianicæ ita interdicant, ut nec à fideicommiſſis, cauſæ piæ relictis, in ſubſidium poſſit detrahi, *in art. cit.* 5. *hoc tit.* 38. ibi: Aber kein Teſtierer hat Macht, den Abzug der trebellianicæ auffzuheben, wann gar das fideicommiſſ. zu milten gottſeeligen Wercken were gemeint worden. Jure autem communi, utut juxtà probabi- 7
lem ſatis opinionem detractio trebellianicæ prohiberi nequeat, & in hoc quoque paſſu argumentum à falcidia ad trebellianicam non ſit efficax, teſte And. Fachin. *lib.* 5. *controv. jur. cap.* 4. (aliis tamen *arg. Nov.* 1. §. *ſi verò expreſſim,* & *L. Marcellus. ff. ad trebell.* diſſentientibus) id tamen in-

præsenti non adeò moramur, sed quidquid dicatur, saltem quoad causas pias illud videtur statuendum, quod de falcidia antè est dictum, nempe ob favorem causæ piæ non debere detrahi trebellianicam, text. & DD. *in Auth. similiter. Cod. ad L. falcid.* Did. Covarruv. *ad Cap. Raynaldus. §. 3. n. 13.*

Landtrecht
Titulus XXXVIII. Articulus VI.

SUMMARIA.

1. *An filius, fideicommissô gravatus, detrahat utramque quartam?*
2. *De jure civili hæc res difficultate non caret.*
3. *De jure Canonico detrahit utramque quartam.*
4. *Concordat communior observantia, & statuta Patria.*
5. *Hoc multi Interpretes pariter de liberis, & nepotibus affirmant.*
6. *Jus Bavaricum aliqui dissentire, tradunt.*
7. *Nobis non videtur adeò dissentire.*
8. *Ad ascendentes idem de jure Patrio non volunt extendi.*
9. *Extrà Bavariam aliqui etiam hoc de ascendentibus intelligunt.*

UNa, vel altera insignis controversia ex *hoc art. 6.* deducitur, prima
1 est, an filius hæres fideicommissô gravatus detrahat, ut ajunt, utramque quartam, scilicet; & legitimam, & trebellianicam? De jure
2 civili hæc res sine difficultate non est, ut videri potest apud Ant. Perez. *ad tit. Cod. ad senatus Cons. trebell. n.* 11. Covarruv. *de testam. ad Cap. Raynutius §. 11. n.* 10. And. Fachin. *lib. 5. controv. cap. 2. vers. quod verò attinet*
3 &c. Ast cùm de jure Canonico sit expressum, filium deducere utramque quartam, legitimam, & trebellianicam *in Cap. Raynutius. de testam.* ibíque Panormit. *n.* 25. & alii Canonistæ. Atque hæc opinio tanquam æquior,
4 & liberis favorabilior, sicut communiter est recepta, ut testatur cit. Perez. *d. n.* 11. Fachin. *d. cap.* 2. And. Gail. *lib. 2. obs.* 121. *n.* 5. nolumus diutiùs immorari, præsertim, cùm & statuta Patria in terminis conveniant in *art. 6. hoc tit.* ibi: Ziehen erstlich von ihrer Eltern Erbschafft hinweg ihr legitimam &c. & paulò post: Ziehen sie auch widerumb ab den vierten
5 Thail solcher übrigen Verlassenschafft 2c. Sed illud expeditum non est,

an

an hoc duntaxat de liberis primi gradûs, vel an etiam de nepotibus sit intelligendum? affirmat Arnold. Vinnius *select. quæst. lib. 2. q. 29.* colendiss. D. Parens *de fideicommiss. &c. q. 6.* tum per text. *in d. Cap. Raynutius. de testam. L. jubemus. 6. Cod. ad SC. Trebell.* tum, quia & nepotes jure repræsentationis primum gradum occupantes, & legitimam jure naturæ debitam, & trebellianicam vi *cit. textuum* detrahunt. At jus Bavaricum dissentire, ait idem cit. colendiss. D. Parens *in d. art. 6.* eò quòd hoc jus magis se explicet, dum in terminis dicat, die Kinder, welche im ersten Grad seyn ꝛc. Sed, ut verum fateamur, cùm etiam textus *in cit. L. jubemus. Cod. ad SC. Trebell.* de filio, aut filia, filiis, vel filiabus loquatur (& hinc non pauci de jure communi hoc restringant tantùm ad liberos primi gradûs cum Joan. Brunneman. *ad d. L. jubemus. Cod. ad SC. trebell. n. 4.*) sicut fermè loquitur *articulus 6.* juris Patrii, & sic eadem ratione, & æquitate, id, quod de filiis statuitur, etiam de nepotibus ob favorem legitimæ censeri potest, esse statutum, ideò nulla hac in parte inter jus commune, & Bavaricum videtur intercedere discrepantia, præsertim, cùm & de jure civili, ubi ratio, favor, & æquitas hoc suadet, sub nomine liberorum & filiorum etiam nepotes intelligantur, text. & DD. *in L. filia. 84. ff. de V. S.* faciunt, quæ tradit illust. D. Cancellarius *ad hunc art. n. 3.* ubi & *numerô 4.* eum casum deducit, quo plures essent liberi, & sic pro legitima semis debeat detrahi: Porrò & illud addimus, ánne hæc jurium præcitatorum constitutio liberis, & nepotibus utriusque quartæ detractionem concedens, pari ratione ad ascendentes extendatur? de jure statutario Patriæ id communiter negatur, dum liberorum nomine, in terminis ita expressorum, regulariter non veniant ascendentes, turbato non nisi mortalitatis ordine succedentes, utut quoad legitimam ipsorum habeatur in jure ratio: illust. D. B. Shmid. *ad d. art. n. 2.* colendiss. D. Parens *d. locô. Inst. q. 7.* ubi annô 1680. in Consilio Aulico Monacensi ita judicatum refert; De jure communi Civili, & Canonico plures interpretes affirmant ex paritate legitimæ, quæ etiam ascendentibus jure communi debetur, Covaruv. *ad Cap. Raynutius. §. 11. n. 11.* Molin. *de J. & J. tract. 2. disp. 187. n. 6.* And. Gail. *lib. 2. obs. 121. n. 11.* quæ verò de fideicommissis familiarum, ut loquimur, seu castellis integris, ita ad conservationem familiarum ordinatis, dici solent, tanquam huc non pertinentia, ad integra Antonii de Petra, Peregrini, & Philippi Knipschilt volumina remittimus.

Margin numbers: 6 (beside "jure repræsentationis…"), 7 (beside "im ersten Grad…"), 8 (beside "detrahi: Porrò…"), 9 (beside "catum refert…").

Landt=

Landtrecht
Titulus XXXIX. Articulus I. & seq.

SUMMARIA.

1. *Totum hunc* Titulum *hîc simul sumere, & annotare voluimus.*
2. *Liberi illegitimi alii sunt naturales, alii spurii, alii nati ex damnato coitu.*
3. *De jure communi liberi naturales quomodo succedant?*
4. *De jure Bavarico primùm succedunt, collateralibus omnibus, & legitima uxore deficientibus.*
5. *Nepotes naturales utroque jure à successione avì excluduntur.*
6. *Jus Bavaricum nepotibus naturalibus etiam alimenta denegat.*
7. *Spurii, & nati ex damnato coitu non succedunt.*
8. *Novellarum jure alimenta quoque iisdem denegantur.*
9. *Debentur tamen alimenta de jure Canonico.*
10. *Ut & de jure Bavarico.*
11. *Refertur aliquis casus practicus circa alimenta, ejusmodi liberis denegata.*

1 INtegrum hunc *tit.* 39. & *articulos ejus* 7. simul conjungere, & in quibus jus Patrium à jure communi distet, pro thesium, & temporis ratione paucis annotare volumus; partim, quòd omnes *articuli* cohæreant, partim, quòd tot, & tantæ non sint differentiæ: Distribuit jus
2 Bavaricum liberos illegitimos in tres potissimùm classes, in naturales, spurios, seu vulgò quæsitos, & natos ex damnato coitu: In liberorum
3 naturalium successione discrepat jus Patrium à jure communi, quòd hoc jure ab intestato regulariter naturales nihil capiant, si adsunt naturales, & legitimi simul, vel saltem legitima uxor, quamvis alimenta ipsis nihilominùs sint præstanda: quòd si verò nulli ex his supersunt, qui hæreditatem prætendant, sua ratione succedunt in sextante, vel duabus unciis. text. & DD. *in Auth. licèt. Cod. de natur. lib. & matr. eorum. L. humanitatis.* 8. *Cod. eodem.* Brunneman. *ibid. n.* 4. (ubi & pluribus de-
4 ducit, quid ex testamento capiant) At jure Bavarico *in art.* 3. *hoc tit.* expressè est statutum, naturales liberos sive legitimatos, seu non legitimatos non succedere, nisi collateralibus omnibus, & legitima uxore deficientibus, per verba *art.* 3. außgenommen den ainigen fall, wann ihr Vatter ainigen Blutsfreund, oder auch kein Ehefrau, die ihne vermög

mög der Rechten erben kunden, hinterlassen hette, in solchem fall sollen alsdann erst die natürliche Kinder, welche nicht aus verdambter geburt, sie seyen legitimirt, oder nit, den gleichen Zutritt zu ihres Vatters verlassenschafft haben. vid illust. D. B. Schmid. *art.* 2. *n.* 12. Quamvis 5
statuta Patria in hoc cum jure communi in terminis conveniant, quòd nepotes naturales neque ad successionem avi sui paterni admittantur, text. & DD. *in L. ult. Cod. de natur. lib. Nov.* 89. *cap.* 9. & 12. And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 115. *per. tot.* Landtrecht. *art.* 4. *hoc tit.* 39. *ibi:* Mögen ihren 6
anherrn von Vatter hero, in keinem fall erben 2c. Quin & jus Bavaricum iisdem nepotibus naturalibus, quod durum satis est, etiam alimenta denegat: Man ist ihnen auch von deß Anherrn Guet die alimenta nit schuldig. Spurios quod attinet, & natos ex damnato coitu patri 7
suo non succedere constat *ex L. spurius. ff. unde cognati. Nov.* 88. & *Auth. ex complexu. Cod. de incest. nupt. Cap. tanta est* 6. *qui filii sint legitimi.* Stat. Bav. Landtrecht. *hoc tit. art.* 7. ibi: Die Kinder aus verdambter Geburt künden weder ihr Vatter, noch Mutter, weder durch Testament, 8
noch one Testament erben 2c. Ita, ut ipsis jure novo etiam alimenta denegentur *in d. Auth. ex complexu. Cod. de incest. nupt.* ibi: *ut nec alantur à patre &c.* ea ex ratione, ut refert Brunnem. *ibidem. n.* 3. ut nefandi delicti omnis memoria aboleatur, & parentes pro affectu in liberos magis eorum, quàm suâ miseriâ teneantur. Quem tamen rigorem quoad ali- 9
mentorum denegationem sustulit, & immutavit jus Canonicum *in Cap. cùm haberet,* 5. *in fine. de eo, qui duxit in matrimonium, quam poll. per adult.* Cui juris canonici æquitati subscribit jus Patrium *in d. art.* 7. ejusmodi 10
liberis alimentationem tamdiu adjudicans, usque dum sibi ipsis de alimentis possint prospicere, dann allein so vil ihr Underhaltung betrifft, bis sie durch Arbeit und Dienst ihr aigen Brot selbs gewinnen kunden: Certè, cùm lurida ejusmodi muliercula nuper in Patria ex honesto aliàs 11
rustico & marito seducto, prolem suscepisset, non ita pridem eum nulla ex ratione ad alimentationem prolis condemnatum, sed fœminam istam unà cum spurio suo Provinciâ esse ejectam, scimus, & meritò, magis enim ejusmodi mulieres ex eo, quòd videant sibi nullum onus alimentationis incumbere, ad delinquendum invitantur, quàm absterrentur.

Landtrecht

Ad eundem Tit. XXXIX. Art II. & seq.

SUMMARIA.

1. *Qua ratione liberi illegitimi succedant matribus suis.*
2. *De jure communi succedunt tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento suis matribus.*
3. *De conſuetudine multorum locorum duntaxat alimenta debentur.*
4. *Id quod etiam in Bavaria noſtra obtinet.*
5. *Prædicta ſucceſſio de jure communi duntaxat in matribus plebeiis obtinet.*
6. *Si mater illuſtris, vel Nobilis eſt, naturales tantùm ſuccedunt.*
7. *Quæ diſtinctio de jure Bavarico non eſt agnita.*

1 POſtquàm pauca, magis tamen notabilia, circa ſucceſſionem illegitimorum in bonis paternis dicta ſunt, ſubjungimus aliqua de ſuc-
2 ceſſione illegitimorum in bonis maternis: Quo in puncto inſignis *inter* jus utrumque commune, & Bavaricum intercedit diſcrepantia in eo, quòd de jure communi liberi ejusmodi ſpurii, & illegitimi matri ſuæ ſuccedant tam ab inteſtato, quàm & in teſtamento eis aliquid poſſit relinqui, etiam cum aliis ex legitimo thoro procreatis, text. & DD. *in §. noviſſimè. 3. Inſt. de SCto Orphitiana.* Mynſing. *ibidem.* eò quòd ſcilicet ex linea materna detur reſpectu matris, & conjunctorum aliqua conjunctio, text. *in L. hac parte. 2. L. ſi ſpurius. 4. ff. unde cognat.* And. Gail. *lib. 2. obſ. 88. n. 20.* Aſt, ſicut de conſuetudine multorum locorum
3 illegitimi etiam ad ſucceſſionem maternam non admittuntur, ſed illis neceſſaria duntaxat alimenta ſubminiſtrantur, ſi pater non habet, ut te-
4 ſtatur Gudelin. *lib. 2. de jure noviſſ. cap. 13. in fine*, ita & de jure Bavarico præſentia liberorum naturalium, & legitimorum, atque aſcendentium liberos ſpurios, & illegitimos extra neceſſariam ſuſtentationem penitùs à ſucceſſione excludit; niſi forſan debita ratione fuerint legitimati *tit. 39. art. 2. verſ.* So vil, ibi: So vil aber der unehelichen Kinder Muetter betrifft, mag dieselb ihr Guet, wann sie keine eheliche Erben auffsteigender Lini hat, den unehelichen Kindern, wann sie legitimirt sein, wol verschaffen, Sein sie aber nit legitimirt, und hette die Muetter sonsten eheliche Kinder, oder ihren eheleiblichen Vatter, oder Muet-

tec

ter, Anherrn, oder Anfrauen, so kan sie ihnen mehrers nit, dann die
Underhaltung verordnen 2c. Quin & in eo forsitan differt jus Bavari- 5
cum à jure communi, quòd prædicta liberorum naturalium, & spurio-
rum successio, jure communi in bonis, & linea materna concessa, se-
cundùm communem opinionem solummodò intelligenda sit de matri-
bus plebeiis, & ignobilibus; Si enim mater esset Nobilis, & Illustris, 6
liberi quidem naturales, & non spurii prædicta ratione succedunt, eò
quòd mulieribus ingenuis, & Illustribus castitatis observatio præci-
puum debitum sit, & in iis nominari spurios, satìs injuriosum, satís-
que acerbum, & indignum esse, judicet Imp. Justinianus, utpote ipse
castitatis amantissimus, *in L. si qua illustris. 5. Cod. ad SCtum Orphitianum,*
& ideò hanc legem ipsi pudicitiæ, quam semper colendam censebat,
meritò dedicavit: Ant. Perez *n. 3. Cod. ad d. tit.* Cujus Imperialis con- 7
stitutionis, & castitatis in tantum habuerunt rationem Statuta Patria
Landtrecht. *tit.* 39. *art.* 5. ut sine distinctione personarum liberi natura-
les, & spurii in casu extantium liberorum naturalium, & legitimorum
generaliter repellantur à successione materna ab intestato, solis alimen-
tìs exceptis, doch mit disem unterschid, wo die Muetter, deßgleichen der
Müetterlich anherr, oder Anfrau, sonsten andere eheliche Kinder, oder
Kinds-Kinder hetten, daß die uneheliche Kinder, oder Kinds-Kinder, one
Testament mehrers nit, dann die blosse Underhaltung erben sollen 2c. vid.
Illust. D. B Schmid. *ad hunc art.* 5. *n.* 4. prout & in aliis ad eundem, &
Statuta Patria *tot. hoc tit.* 39. nos remittimus.

Landtrecht

Titulus XL. Articulus IV.

SUMMARIA.

1. *Si ascendentes sunt in pari gradu, & dispari numero, quomodo fiat successio?*
2. *Quomodo de jure communi succedant ascendentes cum fratribus germanis superstitibus?*
3. *Quid in hac successione de jure Bavarico obtineat.*
4. *Cum ascendentibus liberi fratris, vel sororis germanæ ad successionem admittuntur,*

5. ***Id quod de jure communi omninò alia ratione procedit, vel admodùm est controversum.***

1 INteger *titulus* 40. de successionibus, quæ fiunt ab intestato, descendentium, naturalium, & legitimorum, & ascendentium von Erbschafft one Testament in ab- und auffsteigender Lini disponit, & in plerisque jure communi Justinianeo subscribit, paucis exceptis: *in art.* 41. eam invenire est differentiam satis notabilem, quòd, licèt eo in casu, quo plures ascendentes in pari quidem gradu, sed numero dispari, puta v. g. avus paternus, & avia paterna ex una, ex altera parte avus maternus turbato, ut ajunt, mortalitatis ordine succedant, utrumque jus & Bavaricum, & Justinianeum convenit, & sic ascendentes ad successionem in stirpem admittuntur, ita, ut hæreditate in duas partes divisa, una medietas avo, & aviæ paternæ, altera medietas avo materno obveniat, nulla distinctione admissa, an bona à linea paterna, vel materna in liberos prædefunctos fuerint profecta, text. & DD. *in Autb. defuncto. Cod. ad SC. Tertullianum.* Chur-Bayr. Landtrecht. *tit.* 40. *art.* 3.
2 Attamen in eo casu jus Patrium, & commune discrepare videntur, quo unà cum ascendentibus fratres prædefuncti, ex utroque latere conjuncti, seu germani in successione concurrunt, & tam ascendentes, quàm fratres germani in dispari sint numero, v. g. avus paternus, avia paterna, & avus maternus, atque duo fratres germani, vel ex uno fratre superstites duo liberi, anne hæreditas in capita, & in hoc casu in quinque portiones, vel an in stirpem ascendentibus distribuatur: & de jure novissimo *in Nov.* 118. *cap.* 2. decisum est, hoc casu fieri successionem in capita, & sic in casu, quo ascendentes cum fratribus germanis concurrunt, tot portiones constituantur, quot sunt personæ succedentes. *Autb. defuncto. Cod. ad SC. Tertullianum.* Brunnem. *ad L.* 2. *Cod. dict. tit. n.* 9. ubi *n.* 1. *& seq.* eleganter recenset, quid jure antiquo hac in successione fuerit observatum, licèt & eo casu, quo ex uno fratre duo liberi duntaxat sint superstites, hi cum ascendentibus, & patruo in stirpem admittantur, jure repræsentationis interveniente, Int. *ad Nov.* 118. *cap.* 2. Rittershus. *de jure noviss. part.* 7. *cap.* 10. *n.* 16. Bened. Carpz. *part.* 3. *constit.*
3 17. *def.* 4. In jure autem Bavarico aliud quid placuit, & sancitum est, ut in hoc tali casu ascendentes non minùs in stirpem, quàm fratris prædefuncti duo liberi ad successionem admittantur, atque sic in proposita facti specie jure Patrio hæreditas non in quinque, sed quatuor partes deberet distribui per verba *art.* 4. Und wo nach abgang Vatter, und Muetter,

das

das verstorben Kind, neben den Geschwistergiten von beeden Banden, oder derselben Kindern Vatter, oder Muetter halb, nit mehr dann ein An, oder Uran, hinder ihm verlast, und auff der andern seiten zween An, oder Uran, so werden dieselben Anherrn oder Uranherrn, Anfrauen, oder Uranfrauen auff der andern seiten, beede nur für ein Person gerechnet, und erben beede nit mehr, dann sovil deß abgestorbnen Kinds Geschwistergit von beeden Banden aines erbt, oder erben mag, oder derselben Geschwistergit aines von beeden Banden Kinder, alle erben, oder erben mögen ꝛc. Neque illud difficultate caret, an soli liberi fratris germani, aut sororis 4
germanæ cum ascendentibus admittantur ad successionem, v. g. avus paternus, avia materna, & ex fratre etiam prædefuncto quatuor liberi? de jure Bavarico hæc res expedita est per verba *art. cit.* 4. Doch so erben der Geschwistergit von beeden banden Kind, ihr seind wenig oder vil, es seye gleich ein Geschwistergit noch im leben oder alle verstorben, alle an statt ihrer Vatter, und Muetter, und nit mehr, dann ihr Vatter und Muetter geerbt hetten, wo sie im leben bliben weren ꝛc. De jure autem com- 5
muni res satis controversa est; non pauci & satis probabiliter liberos ejusmodi casu omninò esse exclusos opinantur *per Novell.* 118. *cap.* 3. ibi: *sed ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis thiis judicantur masculis, & fœminis, sive paterni, sive materni sint*: ergò si soli adessent, sine thiis, non admittentur, Hubert. Gyphan. *ad rubr. Inst. de success. ab intestato in jure novissimo.* ubi dicit, illos, qui contrarium sentiunt, graviter errare contrà text. *in Nov.* 118. & *Nov.* 127. Vinnius *de success. ab intestato ex jure noviss. de success. parent.* n. 2. neque hoc *in Novell.* 127. *cap.* 1. ulla ratione correctum esse, asserit colendiss. D. Parens *de success. ab intestato. q.* 25. utut satis multi contrarium sentiant, & *Novell.* 118. per dictam *Novell.* 127. *cap.* 1. revocatam esse, volunt Stephan. *ad Novell.* 118. *n.* 47. & alii multi.

Landtrecht

Titulus XL. Articulus VIII.

SUMMARIA.

1. *Jus commune, & Bavaricum suô modô convenit quòad pœnas secundarum nuptiarum.*

2. *Jus Bavaricum singulari odiô persequitur matrimonia, à viduis inita, non condigna, aut inconvenientia.*
3. *Tali casu constitutiones Bavaricæ omnia, quæ uxor à priori marito acquisivit, amittit, & ea vel ad liberos, vel etiam in horum defectu ad consanguineos revertuntur.*
4. *Hæc Bavarici juris dispositio defenditur, & sustinetur.*

DUm constitutiones Bavaricæ *art.* 5. 6. & 7. *hoc titulo* 40. latiùs sta-
1 tuunt, viduam, ad secunda vota transgredientem, omnia illa amittere, quæ vel ex successione liberorum prioris matrimonii, vel à marito titulô lucrativô aquisivit, conveniunt, & concordant plerumque cum
2 jure communi: Sed dum eadem jura Patria *in art.* 8. non quidem secundas nuptias damnant, sed in illas acerrimè detonant, quæ à vidua modô, & ratione parùm honesta, in dedecus familiæ, aut prioris sui mariti, cum personis vilibus, longè inferioris conditionis, aut omninò in-
3 honestis ineuntur, ac celebrantur; Atque in tali casu viduam, ejusmodi nuptias non condignas ineuntem, in favorem tum liberorum, tum prioris adhuc mariti adeò magnô odiô persequuntur, ut quidquid vel à *priori* marito ex pactis dotalibus, ex testamento, liberorum successione, vel alio modo quocunque aquisiverit, item morgengebam, & alia quævis juxta suprà dicta, jure Patrio uxoribus post mortem mariti attributa, eidem mulieri aufferantur tam quoad proprietatem, quàm usumfructum, & vel liberis prioris mariti, vel in horum defectu etiam proximis prioris mariti consanguineis adjudicentur, sicque in effectu longè duriori pœna ejusmodi mulieres, ad vota non condigna secunda transvolantes, jure Patrio, quàm civili communi excipiantur; verba *art.* 8. clara sunt: Wirdet sich aber ein Wittib zu solchen geringen Personen, die ihr selbs, ihrer Freundschafft, ihrem Namen, und Stammen, auch den vorigen Ehestand gantz ungemäss, verheuraten, so soll sie hierdurch alles daß, was sie in voriger Ehe, von ihrem Haußwürt, durch Heuratgeding, Vermächt, Morgengab, Ubergab, der Kinder Erbschafft, und in ander weg, von ihrem Haußwürt, oder Kindern, aigenthumblich, oder nutznießlich bekommen, gentzlich verworcht haben, also, das solches ihr genommen werden, und ihren Kindern erster Ehe, oder wo sie die nit hette, den nechsten ihres vorigen Haußwürts (von deme solche
4 Güter herkommen) Freunden zustehen, und folgen sol. Illud quidem obstare videtur, hanc allegatam juris Patrii dispositionem libertati matrimoniali nimiùm esse contrariam, atque sic forsan tanquam in materia spi-

ſpirituali non ita fore obſervandam; aſt reſponſio in promptu, & ea eſt, unde aliæ pœnæ à jure civili in binubas latæ ſuſtinentur; nempe hac juris Bavarici conſtitutione indirectè quidem libertatem matrimonialem, & per accidens impediri, & arctari, non tamen directè & ex intentione ſtatuti, ut quæ ea eſt, ut memoria prioris honeſti matrimonii, & bona liberis, aut familiæ conſerventur, ſcilicet lex eſt magìs domina rerum noſtrarum ſuô modô, quàm nos, juxtà notum brocardicum.

Landtrecht

Titulus XL. Articulus IX.

SUMMARIA.

1. *Jus Bavaricum ſingularia, & ſaluberrima diſponit circa matrimonia, filiorum, filiarumque familias.*
2. *De jure communi civili conſenſus Parentum ad matrimonia liberorum requiritur de ſubſtantia.*
3. *De jure Canonico requiritur duntaxat de honeſtate, & decentia.*
4. *Si filia, vel filius ſine conſenſu patris, aut matris, nuptias inconvenientes contrahunt, de jure Bavarico parentes non tenentur dotem, vel donationem propter nuptias ſubminiſtrare.*
5. *Si parentes moriuntur, filius, contra eorum voluntatem nuptias celebrans, ab inteſtato id capit, quod aliàs ei obveniſſet.*
6. *Filia autem non niſi dimidium poteſt accipere, & prætendere.*
7. *Filia, quæ aliàs renuntiare, & pupilla portione contenta eſſe debet, etiam hujus duntaxat portionis capit dimidium.*
8. *Id quod etiam ad filias, hodie in Bavaria ipſo jure renuntiatas, extenditur.*
9. *Affertur aliqua ratio hujus diverſitatis.*

NOn minori conſideratione, & obſervatione digna ſunt illa, quæ in Statutis Bavaricis contra, vel magìs præter jus civile, & Canonicum notabiliter, prudentiſſimè, & ſaluberrimè cauta, ac ſancita ſunt, *in art. 9. hoc tit. 40.* circa nuptias filiorum, aut filiarum familias, aut ſine prævio parentum conſenſu, & præſcitu, aut aliàs non condignè, vel indecenter initas: nos ea extrahemus, quæ magìs ſingularia videbuntur: 1
Præprimis de jure civili verius, & expeditum nobis videtur, matrimo- 2
nia

nia filiorum, aut filiarumfamilias, sine parentum, sub cujus potestate existunt, consensu, & placito contracta, penitùs irrita, & nulla esse *L.*
3 *2. ff. de ritu nupt.* text. *in prin.* & §. 12. *Inst. de nupt.* Quam tamen juris civilis constitutionem in tantum jus Canonicum mitigavit, ut, quemadmodùm nec de jure naturali, ita & neque de jure Canonico ob liberrimam matrimoniorum conditionem consensus parentum de substantia, sed tantùm de honestate, & decentia aliqua sit necessarius. Concil. Trid. *de reform. sess.* 24. *cap.* 1. cui Canonicæ dispositioni sine dubio in causa tanquam spirituali stari debet, text. & Can. *in Cap.* 10.
4 *de constit.* Jus autem Bavaricum, præterhabita juris civilis, necessitatem paterni consensûs imponentis, providentiâ, honestatem, & decentiam juris naturalis, & Canonici adeò tamen, & tanta cum efficacia assumit, ut, si filius, vel filiasfamilias in sacris adhuc sui parentis existentes ein Sohn, oder Tochter, die in Gewaltsam, oder Fürsehung ihrer leiblichen Eltern, Vatter oder Muetter sein ꝛc. sine prævia parentum suorum voluntate, & consensu, statui, conditioni minùs convenientia, aut contrà opinionem, & voluntatem parentum non condigna celebrent matrimonia, pater, vel mater non teneatur, vel dotem, vel donationem propter nuptias, aut quicquam aliud, quoad vivunt, subministrare: So sein inen dieselben ihre Eltern (verba sunt *art. præcitati*)
5 Vatter und Muetter, in ihrem Leben nit schuldig, ainich Heuratguet, fertigung- oder Haimbsteur zugeben ꝛc. Quin, etsi pater, vel mater sine testamento ab intestato decedant, filius quidem jure Patrio in tantum est melioris conditionis, ut eam portionem capiat, quæ ipsi aliàs contingeret, juxta expressam *d. art.* dispositionem, verbis ob: Und wo dieselbe ihr Vatter und Muetter in ihrem Leben kein andere Ordnung gemacht, und Fürsehung gethan hetten, wie es nach ihrem absterben, ihrer Verlassung halb soll gehalten werden, soll gleichwol der Sohn erben mit
6 andern Kindern, was er von Rechtswegen, erben mag ꝛc. Filiæ autem, ad nuptias ejusmodi indecoras contra parentum voluntatem malitiosè convolantes, deterioris sunt conditionis, quàm filii, & non nisi dimidium illius portionis, quàm aliàs accepissent, possunt prætendere, altera medietate liberis morigeris, benè se gerentibus, & parentum suorum consensum exquirentibus, vel omninò aliis proximis consanguineis, aliàs successoris, obveniente: Aber einer Tochter, loquitur cit. *art.* 9. die sich also selbs obgehörter massen verheurat, soll von ihrem Vätter- und Müetterlichen Guet, nicht mehr, dann der halbe Thail dessen, so ihr sonsten were erblich zugestanden, und der ander halb Thail ihren ge-

hor-

horsamen Geschwistergiten, und wo sie keine hat, den nechsten gesipten Freunden, heimbfallen, und gefolgen ꝛc. Quæ dimidia pars portionis, 7
aliàs obvenientis, tam strictè in Bavaria sumitur, ut, si filia, citrà parentum voluntatem nubens, ex tali sit familia, ubi, acceptâ aliquâ certâ summâ, filiæ reliquæ hæreditati renuntiare solent, hoc etiam ad hanc summam certam, qua aliàs contentæ esse deberent, extendatur, & illius etiam tantùm medietatem consequatur, ut notanter declarat *cit. art.* 9. verbis: So soll derselben, die sich selbes also, wie oben vermeldet, Verheurat hette, allein halb so vill, als einer verzignen Tochter, die am wenigisten bekommen, gegeben würdet, für ihr Vätter- und Mütterlich Erb folgen, und zustehen ꝛc. Atque hinc, cùm hodie Filiæ 8
Illustres, & Nobiles ex familiis, nobilitatis Bavaricæ prærogativâ instructis, procreatæ, juxtà sanctionem pragmaticam *de dato* 20. *Aprilis annò* 1672. ipso jure pro renuntiatis habeantur, & certa portione contentæ esse debeant, etiam istis hujus duntaxat portionis medietatem attribuit illustris D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 11. si contrà parentum voluntatem nuptias statui, nobilitati, & conditioni indecentes, ineant; cujus rei in gravissimo casu exemplum recordamur in paucis notabile; Sed quænam ratio sit, cur filius, contrà voluntatem parentum uxorem 9
ducens, non ita graviter puniatur, quàm filia, contrà voluntatem paternam nubens, expeditum non est; putârunt aliqui, filias ad nubendum longè proniores oportuisse magis absterreri, quàm filios, opinantur alii aliter, nos consideranti relinquimus; vid. D. B. Schmid. satis congruam allegans hujus constitutionis rationem *n.* 7. & *n.* 27.

Landtrecht

Ad eund. Titulum XL. Art. IX.

SUMMARIA.

1. *Si filius intrà annum* 30. *& filiæ intrà annum* 25. *nuptias ineant cum personis infamibus, & turpibus, possunt in Bavaria omninò exhæredari.*
2. *Ab intestato succedunt duntaxat in dimidia portione.*
3. *De jure communi civili hoc casu liberi exhæredari non ita possunt.*
4. *De jure Canonico fœminam publicam ducens, bonum opus facere dicitur.*

HActenùs de nuptiis, quas filii, vel filiæfamilias contrà consensum, 1
ad voluntatem parentum non condignas, aut statui suo minùs

convenientes celebrârunt; sed si filii prætereà duxerint personas aliquas infames, maculatas, vel aliàs inhonestas fœminas, aut filiæfamilias simul nupserint personis, & ejusmodi viris maculatis, & infamibus, & à parentibus suis intrà annum 25. fœminæ, & filii intrà annum 30. ab aliis honestis matrimoniis non fuerunt impediti: Wurde aber ein Tochter, wie obstehet, on ihres Vatters, oder Muetter wissen, und willen, zu einem Mann, der ihr nit allein am Stand, und herkommen ungleich, gantz ungemäß, und zugering, sonder auch eines gar schlechten und leichtfertigen Stands und wessens, oder auch ein verleumbte Person ist; oder ein Sohn zu einer leichtfertigen, offentlichen bewusten, unehrbarn Weibsperson, heüraten, und hetten die Eltern der Tochter innerhalb 25. und dem Sohn inner 30. Jahren ehrliche heurat angetragen, oder doch an demselben sie nit begert zu verhindern: tunc parentes facultatem habent, ejusmodi immorigeros, & infelices liberos penitùs exhæredandi: So mögen solche ungehorsambe Kinder, verba sunt dictæ constitutionis Bavaricæ *art.* 9. Ihrer so leichtfertigen, und unehrbarn heurat halben, von ihrem Vatter und Muetter gantz und gar enterbt werden &c.

2 Vel, si etiam à parentibus nulla fuerit condita dispositio sed successio ab intestato fiat, succedunt quidem ejusmodi inobedientes liberi, at non nisi in dimidia legitimæ parte, per *art. cit.* 9. verbis: Würden sie aber von ihren Eltern nit enterbt, soll ihnen doch mehrers nit, dann ein halber Theil ihrer Notgebürnuß von ihrem Vätter, und Mütterlichen Erb gelassen werden &c.

3 Et certè in hoc à jure communi videtur distare jus Bavaricum, dum de jure communi, si filius personam infamem, aut luxuriosè viventem duxerit, vel filiafamilias ejusmodi lurido marito nupserit, probabiliter hac ex ratione non possit exhæredari, text. & DD. *in tot. tit. de exhæred. lib. Nov.* 115. *cap.* 3. & 4.

4 Imò de jure Canonico ille, qui publicam meretricem ducat, bonum opus facere dicatur: *text. in Cap. inter opera. de sponsal. & matrim.* Scilicet, si qua velis aptè nubere, nube pari, nobilis nobili, generosus generosæ, honestus honestæ.

Landtrecht.

Ad eundem Titulum XL. Articulum IX.

SUMMARIA.

1. *Puella, infrà annum 25. contrà placitum tutorum, curatorum, aut consanguineorum nubens, tertiam partem bonorum, si personæ infami, & quar-*

quartam partem, si aliàs disparis conditionis personæ nubit, proximis consanguineis restituere debet.

2. *Masculus tali casu incarceratione, aut aliâ simili arbitrariâ pœna punitur.*

3. *Optandum esset, ut hæc saluberrima constitutio observaretur strictiùs, & sæpiùs exempla statuerentur.*

QUin imò ejusmodi improportionatas, inhonestas, aut non decentes liberorum, ac juvenum nuptias tantô odiô persequuntur jura Bavarica, ut puella infrà annum 25. parentibus, & avis orba citrà consensum, placitum, aut consilium suorum curatorum, tutorum, aut proximorum consanguineorum personæ disparis conditionis nubens, quartam bonorum suorum partem, aut omninò personæ inhonestæ, & infami nubens, tertiam bonorum suorum partem proximis consanguineis restituere teneatur juxtà tenorem *cit. art.* 9. Wurde sich aber ein Weibs-person vor 25. Jaren ihres Alters, die nit Vatter, oder Muetter, Anherrn oder Anfrauen hette, one ihrer Vormunder, oder da sie die nit hette, der nechsten Freund, oder dessen, den sie befolchen ist, wissen, willen, und Rath verheuraten, die soll, wann die Manßperson, zu denen sie gehenratet, ihrem Standt nit gemäs, den vierten, da es aber ein leichtfertige, gar geringe, oder verleumbte Person, den dritten Theil, ihres Vätter- und Mütterlichen Erbs verworcht haben, und solcher vierter oder dritter Theil, ihren Geschwistergiten, oder da sie die nit hette, ihren nechsten Freunden heimfallen, es were dann gar kein so nahender Freund im Leben, der sie von Rechtßwegen erben möcht 2c. Masculus autem non quidem amissione bonorum suorum, neque etiam pecuniariâ pœnâ, sed duntaxat incarceratione, aut aliâ simili pœnâ arbitrariâ punitur, juxtà expressa & notabilia verba *art. cit.* 9. Were es aber ein Sohn der also ohne vorwissen der Vormunder, oder Freund, oder deßen, dem er befohlen, under 21. Jaren, sich selbs wurd Verheuraten, der soll mit Gefängnus, oder in anderweg, aber nit umb Gelt gestrafft werden 2c. Et certè optandum esset, ut hæc saluberrima constitutio in praxi, & strictiùs observaretur, ne filii, & filiæ, puellæ, & adolescentes his in matrimoniis non tot pessima exempla viderent: sed quisque fortunæ suæ faber est.

Margin numbers: 1 (beside "QUin imò…"), 2 (beside "2c. Masculus autem…"), 3 (beside "umb Gelt gestrafft…").

Landtrecht
Ad eund. Titulum XL. Art. IX.
SUMMARIA.

1. *Si liberi condigna statui, & aliàs non indecentia, attamen contrà volun-*

tatem parentum matrimonia ineant, parentes nec dotem, nec donationem propter nuptias, nec suppellectilem tenentur subministrare.

2. *Id quod sæpiùs adhuc hodie practicatur, & observatur.*

1 DEnique, sicut pessimè, & malo omine agunt liberi, qui in ineundis matrimoniis suorum consanguineorum, & præsertim parentum, ut qui liberis quàm optimè prospectum volunt, consensum, & consilium, in re tanti momenti, & à qua non tantùm hujus sæculi felicitas, sed & sæpissimè etiam æterna salus pendet, negligunt, ita, & Statuta Patria tandem in fine hoc quoque statuunt, quòd, si forsan liberi statui suo, & conditioni non inconveniens quidem ineant matrimonium, attamen Paternum consilium, & consensum negligant, aut pessundent, eisdem parentes in vita neque dotem, nec donationem propter nuptias, aut suppellectilem, aut alia similia teneantur subministrare: Ob sich aber ein Sohn, oder Tochter, ihrem Stand und Herkommen gleichwol nit ungemäß, doch one wissen, und Willen ihrer Eltern, in deren versehung und Gewalt sie sein, selbst Verheuraten, nemblich der Sohn, vor und ehe er zu 30. Jarn, und die Tochter, vor und ehe sie zu 25. Jarn kommen ist, so sein ihnen derselben ihre Eltern, Vatter und Muetter, in ihrem Leben nicht schuldig, ainich Heuratguet, fürderung, oder Heimbsteur zugeben, sie wöllen es dann gern thun, bis solang dieselbe ihre Eltern sterben, alßdann sollen sie mit den andern Kindern erben, was sie von Rechtswegen erben sollen ꝛc. Certè pauci fluxerunt anni, ex quibus vidimus unam filiam, contrà Patris voluntatem
2 nubentem, sine dote, sine suppellectile, imò sine lecto nuptiali per longum tempus miserrimè, & in magna egestate vixisse, donec tandem optimus parens misertus, ut vivere aliquo modo possent, subministravit. Sede, & considera, quæ insuper habet, & tradit *ad hunc titulum* illust. D. Cancellarius, toties hîc laudatus optimus Paterfamilias.

Landtrecht.

Titulus XLIII. Articulus II.

SUMMARIA.

1. *Ratio ordinis hujus materiæ proponitur.*
2. *Inventarium tot habet, & tam insignes prærogativas, ut hæredibus sit omninò utile, aut necessarium.*
3. *De jure communi inventarii confectio intrà 30. dies inchoari, & intrà 60. dies finiri deberet.*

4. De

4. *De jure Bavarico finiri debet intrà mensem.*
5. *Vel, si bona sint diffusa, intrà duos menses.*
6. *Hinc termini isti, conficiendo inventario præfixi, sunt in Patria arbitrarii.*
7. *Quomodo hæc in praxi soleant observari.*

POstquàm Serenissimus Elector in *titulo* 34. usque ad *titulum* 42. materiam de testamentis, codicillis, aliisque ultimis voluntatibus, item de successionibus ab intestato descendentium, ascendentium, & collateralium, liberorum exhæredatione, & graduum computatione latissimè tractâsset, nósque præteritis iis, in quibus jus Bavaricum juri communi concordat, ea proposuimus, quæ potiores videbantur inter utrumque jus differentiæ, ita recto ordine de conficiendo inventario, & testamenti, aut ultimæ voluntatis executione necessaria subijcit; Atque sic, cùm tam in jure communi, quàm Bavarico inventario insignes, & nobilissimi sint attributi effectus, & prærogativæ, ita, ut inventarij confectio hæredibus non tantùm sit maximè proficua, sed & videatur omninò necessaria, ac ab hæredibus, aut etiam à loci judice nunquam ommittenda, sed eo, quo fieri potest, tempore procuranda juxtà text. & Int. communiter *in L. fin. Cod. de jure deliberandi.* Stat. Bav. Landtrecht. *tit. hoc* 43. *per tot.* & Landts-und Pollicey-ordnung *lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 1. & *seq.* Ita pauca sunt, in quibus jus Bavaricum, & commune hac in materia differt; primum est, quòd de jure communi, facta prævia bonorum obsignatione, & obsignationis reseratione, seu apertura, inventarium, seu omnium bonorum, in hæreditate inventorum, descriptio inchoari debeat intra, vel statim trigesimo die, & si præsentes sunt omnes, quorum interest, 60. diebus, aut duobus mensibus, vel si absentes sunt, aut bona defuncti essent nimiùm diffusa, intrà unum annum finiri, text. & DD. *in cit. L. fin.* §. *sin autem.* 3. & §. *donec.* 11. *Cod. de jure deliberandi.* Ant. Perez. *ibidem. n.* 8 *vers. debet incipere.* De jure tamen Bavarico ejusmodi descriptio bonorum, & inventarii confectio post 30. dies, à morte testatoris elapsos, convocatis iis, quorum interest, deberet inchoari, soll darnach in 30. Tägen, verba sunt *art.* 2. *hoc tit.* 43. Den Nechsten nach demselben, durch die Obrigkeit, deren es des Orts zustehet, ein gemeiner Beschreibung Tag, aller verlaßner Haab und Güter, benennt, und angefangen werden 2c. Ita, ut hæc inventarii confectio eo, quo fieri potest, tempore, & nisi legitima interveniant impedimenta, ad summum intrà mensem absolvi debeat, juxtà *cit. tit.* & *art.* 2. Als das solche Beschreibung zum fürderlichsten, auff einen Tag, 1 2 3 4

 oder

oder wo der Haab und Güter so vil weren, in den nechsten nachfolgenden Tagen, und auffs lengst in einem Monat, es verhindere dann ehehafft
5 Not, geendet ꝛc. Quin &, si bona nimis essent diffusa, duo menses sunt permissi, intrà quos inventarium deberet confici, vel, si hæredes aliàs impediti, ex sufficienti ratione prolongationem temporis petierint, etiam in hoc ipsis satisfieri possit per verba *art. cit.* Wo aber dieselben verlassne Haab und Güter, gar, oder eines theils außer Lands weren, so soll solche Beschreibung innerhalb 2. Monat beschehen, doch mögen die Erben, nach
6 beschaffenheit aller Umbständ, erstreckung solcher Zeit begeren ꝛc. Atque sic hos terminos in Patria potiùs arbitrarios esse judicat illustris D. B. Schmid. *ad hunc art. n.* 3. Quidquid sit, veluti in praxi sæpiùs trigesimus
7 dies non exspectatur, sed hæredes ex causis urgentibus, vel aliàs ex commoditate sua, prout & in Ecclesiis exequiæ, die 7. & 30. habendæ, comuniter anticipantur, statim finitis his exequiis funeralibus quarto, imò & altero die inventarii confectionem incipiant, ita & quandoque ejusdem inventarii protractio, sæpiùs, sine sufficienti causa à morosis Magistratibus, vel hæredibus longè ultrà terminos protrahitur, plura sæpè dolia vini, à defuncto relicta, funditùs exhauriuntur, reliqua esculenta consumuntur, atque sic in maximum hæredum detrimentum ingentes impensæ fiunt: ut experientia, & impensæ, à hæredibus exsolvendæ, frequenter demonstrant.

Landtrecht
Titulus XLIII. Articulus III.
SUMMARIA.

1. *Solennitates, ad inventarium requisitæ, de jure communi omnibus sine distinctione sunt præscriptæ.*
2. *De jure Bavarico, quæ antè erant dicta, duntaxat de plebejis sunt intelligenda.*
3. *Nobiles in Patria, & reliquæ personæ, iis accenseri solitæ, propria auctoritate obsignant, & dein inventaria conficiunt.*
4. *Nisi Nobiles consanguinei nulli adsint, quo casu Judex, sua tamen ratione, obsignare potest.*
5. *Consanguinei Nobiles, qui obsignant, duo esse debent.*
6. *Neque debent esse hæredes defuncti consanguinei Nobilis.*

1 ARticulus 3. *hoc tit.* 43. in eo à jure communi differt, quòd prædictæ solennitates circà inventarium, obsignationem, & reserationem jure

jure communi regulariter in genere, & absolutè sint præscriptæ, text. & DD. *in d. L. fin. Cod. de jure deliberandi.* Attamen in Patria id, 2
quod antecedenter dictum erat, plebejis, & illis duntaxat scriptum est, quorum actus, & contractus aliàs coram Magistratibus, & Judicibus suis fieri debent, & ejusmodi obsignationes, & inventariorum confectiones hodiè Magistratuum, & Judicum pingues satis, & sæpè nimis pingues sunt reditus: Nobilibus tamen, & illis accenseri solitis 3
personis jure Bavarico permissum est, inter se propria auctoritate obsignare, reserare, & inventaria conficere, juxtà *art. 3. hoc tit.* Da aber Adlspersonen verstorben, und die Freundtschafft von Vätter- und Mütterlicher Lini alßbalden bey der Stell sein, sollen dieselbe erstlich die Verpetschierung, und Sperr, und folgends zugebürender Zeit die inventur fürnemmen, und alle Verlassenschafft in beysein erbarer Leut fleißig beschreiben: Ita, ut Judici, & Regimini, cui Nobiles, & ejus- 4
modi personæ subsunt, non liceat obsignare, nisi eo casu, quo nulli consanguinei adsunt, Weren aber die Freund zu weit entseßen, daß sie sobald die Verpetschierung, und Verwahrung nit thun möchten, so soll von der Regierung aus, darinnen der Verstorbne seine häußliche Wohnung gehabt, alsbalden, damit von frembden Personen nichts enzogen werde, ein Secretari verordnet werden, welcher die Verpetschierung, und Verwahrung thun soll, mit dem Fürstlichen hierzu sonderbaren gemachten kleinen Secret: videantur verba sequentia *art. hujus 3.* Hoc dubium esse potest, an unus consanguineus vel duo sufficiant, 5
aut plures requirantur, qui suis sigillis obsignent: unum sufficere, dices, ex eo, quòd unus Secretarius delegatus ad obsignationem sufficere, dicatur *in art. 3.* sed sicut tutius est, plures semper adhibere, ita & textus cit. *in art. 3. in fine* hoc determinat, statuendô: Die Verpetschierung auffs wenigst mit zweyen beschehen ꝛc. Cui & hoc accedit, 6
consanguineos obsignantes, & inventantes non debere esse defuncti hæredes, per verba *art. 5.* Welche selbst nit Erben sein ꝛc. videantur, quæ scripsimus antè annum in thes. *de jurisdict. Hoffmarchiali in Bavaria, consid. 38. per tot.* & illust. D. B. Schmid. *ad hunc art. 3. per tot.* & notanter *n. 5.*

Landtrecht

Titulus XLIII. Articulus VI.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Non solùm hæredes, sed & tutores, ac curatores inventarium deben conficere.*
2. *In Bavaria hæredibus in præjudicium legatariorum confectio inventarii potest remitti.*
3. *Id quod etiam de jure communi videtur receptius.*
4. *Tutoribus, & curatoribus, vel in absentia hæredum in Bavaria non potest remitti confectio inventarii.*
5. *De jure communi probabiliùs contrarium obtinet quoad Tutores.*
6. *Attamen de jure communi privata descriptio non censetur remitti.*
7. *Quin & judex tutori confectionem inventarii injungere potest.*

1 Sicut non tantùm hæredibus in casu successionis incumbit ad propriam securitatem, & conservationem inventarium conficere, ut constat ex hactenùs dictis ad hunc *tit.* 43. *art.* 1. *& seq.* Sed & eadem lex scripta est tutoribus, & curatoribus in statutis Bavaricis Landtrecht. *tit.* 5. *art.*
2 5. *& hoc tit.* 43. *art.* 2. *vers.* deßgleichen ꝛc. Ita & in hoc *art.* 6. in terminis statuitur, inventarii confectionem posse à testatoribus remitti hæredibus in bonum eorum, & præjudicium legatariorum, ita, ut hæres tali casu inventarii confectionem omittens, detractione falcidiæ, & trebellianicæ non privetur, juxtà tenorem *art.* 6. *hoc tit.* Da er aber die Inventur dem Erben zu gutem, wider die, denen legata, fideicommissa, oder anders im Testament verschafft, verbieten thäte, mag er solches wol thun ꝛc. und hat solch verbott dise Würckung, wann gleich der Erb die Inventur underließe, er dannoch den Abzug der Falcidiæ, wie auch
3 der Trebellianicæ, nit verliren thät. Id quod & de jure communi est receptius, testatorem in præjudicium fideicommissariorum, & legatariorum posse confectionem inventarii remittere, ut quibus, nisi velit, nihil relinquere erat obligatus. Ant. Perez. *Cod. tit. de jure delib. n.* 18.
4 Covarruv. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 4. Ast, dum de jure Bavarico ea additur exceptio, Wo keine unvogtbare Kinder, oder abweßende Erben sein, & sic in Patria ipsis tutoribus confectio inventarii nequaquam remitti posse, concludunt, consequitur aliqua inter utrumque jus differentia. Eoquòd de jure communi, à testatore, tutoris fidem
5 sibi certam habente, vel aliis ex causis confectio inventarii remitti queat. text. & Int. *in L. veteris juris fin.* §. *illo procul. Cod. arbit. tutelæ.* Ant. Pe-
6 rez. *d. loco, n.* 118. Joan. Brunneman. *ibidem. n.* 7. Quamvis & hoc casu ubi

ubi testator vetuit inventarii confectionem, certius est, & consultius, privatam descriptionem, & privatum inventarium non remitti, cùm tutor sine hoc reddere rationes commodè vix, ac ne vix quidem possit, Socinus *vol. 2. consil. 73. n. 7.* Imò judex, etiam stante testatoris remissione, ob utilitatem pupilli ex causa aliqua suspicionis poterit tutori inventarii confectionem injungere, ut docet Covarruv. *lib. 2. cap. 12. n. 4.* D. Balthasar. *pract. resolut. tit. 5. resolut. 4. n. 13.* certè, ut dictum est, privatam descriptionem omnium rerum hæreditariarum, seu etiam inventarium prudens tutor nunquam omittet. 7

Landtrecht

Titulus XLIII. Articulus VII.

SUMMARIA.

1. *Jus Bavaricum quoad beneficia, inventario indulta, plerumque convenit juri communi.*
2. *Hæres, conficiens inventarium, de utroque jure potest solvere primo creditori venienti.*
3. *De jure Bavarico tenetur hæres à creditore, cui primò solvit, cautionem petere, refundendi solutum, si anterior quis creditor superveniat.*
4. *Qua cautione non petita, hæres non gaudet beneficiô inventarii.*

A*Rticulus hic* 7. longo ordine effectus, beneficia, & prærogativas inventarii, ritè, & legitimè confecti, ennumerans, plerumque juris communis dispositioni *in L. fin. Cod. de jure delib.* correspondet; In eo differre, vel saltem plus aliquid statuere videtur, quòd, licèt de utroque jure hæres, inventarium ritè conficiens, facultatem habeat primo creditori venienti, ac debitum suum prætendenti, etiam minùs privilegiato solvendi, & satisfaciendi, præterito creditore forsan magis privilegiato, vel anteriore, ita, ut hic creditor non hæredem, sed creditorem, qui solutionem obtinuit, possit, & debeat interpellare, *d. L. fin. §. fin verò. 5. Cod. de jure delib.* Landtrecht. *hoc art. 7. vers.* Zum andern ꝛc. Tamen de jure Bavarico hæredi simul, & ulteriùs incumbat, ab eo creditore, cui primò venienti solutionem præstat, cautionem petere, qua promittat, se velle refundere solutum, si antiquior, vel magis privilegiatus creditor sit superventurus: ut constat ex verbis *art. 7.* ibi: Zum andern mag gleichwol ein Erb, einen jeden Glaubiger,

1 2 3

der sein richtige Schuld einfordert, bezalen, und ist nit schuldig acht zugeben, welcher glaubiger vor dem andern, beßere Freiheit hab. Doch und damit andere Glaubiger durch hinderlist deren, welche am ersten die Bezalung bekommen, nicht Vervortheilt werden, soll der Erb von ihnen caution, und sicherheit begehren, auch solche die glaubiger zulaisten schuldig sein ꝛc.
4 Ita, ut, si hæres cautionem hanc petere neglexerit, eum hôc beneficiô inventarii confecti non gaudere, sed à creditore magìs privilegiato, ita præterito, conveniri posse, asserat illust. D. B. Schmid: *ad d. art.* 7. *n.* 6. & antè paucos annos in tribunali inferioris Bavariæ quopiam provinciali, hæredem ad mille florenos exsolvendos ultrà vires inventarii ex hac causa condemnatum fuisse, audivimus.

Landtrecht
Ad eund. Titul. XLIII. Art. VII.
SUMMARIA.

1. *An hæres, non conficiens inventarium, sicut falcidiam, ita & trebellianicam nequeat detrahere?*
2. *Id quod non pauci Interpretes affirmant.*
3. *Alii, & plures, quod de falcidia est statutum, ad trebellianicam nolunt, extendi.*
4. *De jure Bavarico videtur prior sententia prævalere.*

1 Cùm *in L. fin.* §. *fin autem.* 14. *circa finem. Cod. de jur. delib.* expressè statutum sit, hæredem, qui inventarium non confecisset, creditoribus eo ipso teneri in solidum, & beneficiô legis falcidiæ uti non posse, dubium certè in jure minimè expeditum, & forsan altiori decisione non indignum est, anne & hoc ipsum pariter ad trebellianicam extendatur, & sic hæres, non conficiens inventarium, etiam nullam trebellianicam
2 deducere valeat: Id quod non pauci à falcidia, & quòd de hac expressè statutum sit, etiam ad trebellianicam deducunt, ut constat ex iis, quæ tradunt Int. *ad L.* 3. §. 1 *ff. ad trebell. L.* 8. & *L.* 11. *Cod. ad L. falcid.* & quæ
3 diximus antè *ad tit.* 39. *art.* 5. Sed tamen plurium Interpretum mens ea esse videtur, quòd illud, quod de falcidia *in d. L. fin.* §. 14. *Cod. de jure delib.* expressum est, ad trebellianicam non extendatur, cùm, quòd in falcidia est odiosum, non sit sine lege, aut singulari ratione dicendum de trebellianica: Ant. Perez. *ad tit. Cod. de jure delib. n.* 15. latè clariss. D. Fachin. *lib.* 4. *cap.* 38. præsertim cùm & praxin Imperii eam esse,

ut

ut hæres non conficiens inventarium, tamen trebellianicam detrahat, testetur And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 138. *n.* 7. *& seq.* Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 60. Jo. Brunneman. *ad cit. L. fin. Cod. de jure delib. n.* 66. & alii plures: Quidquid sit, dubium hoc satìs grave de jure nostro Patrio argumentô à contrario deductô, decisum, & tam de falcidia, quàm trebellianica statutum est, eas detractiones sustineri confectô inventariô, per verba *art.* 7. §. *fin.* Fünfftens, würdet durch das inventarium der Abzug, Falcidiæ, und Trebellianicæ erhalten ꝛc. ergò vicissim, si inventarium nullum sit confectum, & trebellianicæ, & falcidiæ detractio cessare videtur.

Landtrecht

Titulus XLIII. Articulus VIII.

SUMMARIA.

1. *De jure communi contrà omissum semel inventarium, regulariter non datur restitutio.*
2. *De jure Bavarico idem singularibus terminis est expressum.*
3. *Minor de jure communi probabiliter, omissa confectione inventarii, restituitur in integrum, si læsionem probaverit.*
4. *De jure Bavarico pupilli, si omissô inventariô, se hæreditati immiscuerint, restituuntur in integrum.*
5. *Minores tamen, si se actualiter immiscuerint, de jure Bavarico non ampliùs restituuntur.*

SIcut de jure communi hæres, non confectô inventariô, hæreditatem I
apprehendens ipso jure in solidum omnibus legatariis etiam ultrà vires tenetur, atque sic regulariter contrà semel omissum inventarium majorennis nunquam, vel non nisi rarissimè restituatur, ut docet Quid. Pap. *quæst.* 473. *n.* 4. Ita & de jure Bavarico singularibus terminis sancitum est, 2
contrà omissionem inventarii conficiendi, nullam restitutionem, nullum privilegium, & nullum indultum locum habere: Es soll niemandt, der ein Inventari zumachen underlassen, und entzwischen in die bewegliche Güter gegriffen hat, weiter zu den Inventari und Freyheit desselben gelassen, noch dasselb wider fürzunemmen, und ihme zu Nutzen zumachen, in vorigen Standt, zu Latein, in integrum restituirt werden, in keine Weiß, noch Weg, es sey durch Recht, oder Anruefung Adelichen Richterlichen Ambts, durch Kayserl. Königlich, oder Landtsfürstlich indult, rescript, oder Erlangung anderer Freyheiten, wie daß Namen haben mag ꝛc. Sed

 quid

quid de minore, aut pupillo, an non saltem hi, omissô inventariô, restituantur in integrum? & certè æquius, ac verius videtur minores, ac pupillos contrà omissionem inventarii restitui in integrum, sive minor confectionem inventarii tantùm omiserit, sive bonis hæreditariis de facto se immiscuerit, text. & DD. *in Nov.* 1. *cap.* 4. §. 1. Quid. Pap. *quæst.* 141. modò minores, & pupilli sufficienter probare poterint, se esse læsos, etenim contrà omissionem inventarii non statim restituerentur, nisi simul probent, se fuisse læsos, ut notanter deducit cit. Quid.
4 Pap. *d. q.* 141. *&* 142. Ast de jure Patrio nostro hac in re notabiliter inter minorem, & pupillum distinguitur, ita, ut soli pupilli, infrà 14. annum ætatis existentes, si rebus hæreditariis sese immiscuerint, ampliùs in integrum restituantur per verba: Allein außgenommen die jenigen, welche under 14. Jaren sein, und aus Unverstandt sich der beweglichen Güter one inventari underfangen hetten, denen soll es unschädlich sein, doch daß alles daß jenig, was sie in ihr Hand gebracht, wider erstattet, und in das
5 inventari gebracht werde 2c. Minores autem, seu qui decimum quartum annum jam compleverunt, non ampliùs, si actualiter sese immiscuerint, in integrum restituantur, cùm actualis immixtio, & rerum hæreditariarum apprehensio in minore hærede potiùs ex dolo, & animo malignandi provenisse, censeatur, quàm ex sola inscitia, ut benè explicat illust. D. B. Shmid. *ad hunc art.* 8. *n.* 3. ubi & *n. seq.* plura notatu dignissima circa inventarii effectus deducit.

Landtrecht

Titulus XLIV Articulus I. & seq.

SUMMARIA.

1. *Executores testamentarii sæpissimè, & varias ob causas solent constitui.*
2. *Quodnam officium, & munus sit executorum Testamentariorum?*
3. *Solutis debitis, & legatis præstitis, executores Testamentarii hæreditatem hæredi scripto extradunt, aut distribuunt.*
4. *An, & quomodo res hæreditarias possint vendere executores testamentarii? remissivè.*
5. *Executoribus testamentariis debetur jure Bavarico honorarium.*
6. *Quid de jure civili sit statutum de executoribus piarum dispositionum?*
7. *Multa circà executionem testamentariam dependent ex moribus, Statutis locorum, aut dispositionibus testatorum.*

Absolutâ materiâ successionis ex testamento, & ab intestato, & quæ 1
huc pertinere possunt, sequitur hoc *tit.* 44. quid de testamentorum, & ultimarum voluntatum executione sit observandum; etenim frequentissimum est, præsertim, ubi plures hæredes existunt, vel ubi hæredes sunt dissiti, diversi, vel forsan testatori suspecti, quòd legata non erint exsoluturi (quô casu executores particulares dicuntur) aut ubi causa pia v. g. Ecclesia, & potiùs omnes pauperes, animæ in purgatorio sint hæredes institutæ (qui executores universales dicuntur, clariss. D. Manz. *decis. Palat. q.* 41. *n.* 9. & 10.) denique & diversis aliis pluribus in casibus, ubi testatoribus vel necessarium, vel admodùm utile videtur, suæ dispositionis, & ultimæ voluntatis constituere executores, Geschäfftiger, Treußtrager, oder Außrichter dictos, in Stat. 2
Patr. *hoc art.* 1. *tit.* 44. Quorum officium illud est ut hæreditatem defuncti auctore Prætore apprehendant, & citrà præjudicium alterius cujuscunque inventarium, seu rerum hæreditariarum descriptionem conficiant, ut disponit *art.* 1. & 2. Landtrecht. *hoc tit.* 44. præprimis expensas funerales, vestes lugubres, & similia exsolvant, & debita alia liquida expungant, doch unverhafft der verlaßnen wissentlichen Schulden, und Seelgeräths, ut ait *art.* 2. *cit. tit.* 44. demùm legata pia, sicut & alia potissimùm intrà duos menses debitô modô, & ut ipsi securi sint, accepta vicissim à legatario attestatione de præstito legato, præstent, & exsolvant, vid. *art.* 3. Landtrecht. *tit.* 44. Demùm, hîs 3
omnibus suppositîs, reliquam hæreditatem hæredibus scriptis pro portione assignata, aut conditione apposita restituant, & universam defuncti voluntatem acuratè, fideliter, & sine cunctationibus exequantur vid. clariss. D. Manz. *decis. Palat. q.* 41. *p. tot.* Ubi notanter de- 4
ducit, an, qua ratione, & quibus ex causis executores testamentarii res hæreditarias distrahere, divendere possint, quo brevitatis causâ nos remittimus. Receptô vicissim pro labore executionis, vel à te- 5
statore jam in ultima dispositione determinatô, aut à judice determinandô, vel etiam ab hæredibus, tutoribus, aut consanguineis, honorariô. So solle ihnen doch nach gestalt der Erbschafft vermügen auch ihrer mühewaltung durch die Erben, Vormunder, oder Freund, und wann deßwegen Mißverstandt entstandte, durch die ordenliche Obrigkeit ihr gebürliche Verehrung erkendt werden. *art.* 1. *in fin.* Et quamvis 6
hoc de executoribus dispositionum profanarum ita procedat etiam de jure communi, ut testatur cit. D. Manz. *d. tract. q.* 42. *n.* 8. de executione tamen piarum testationum & dispositionum in jure civili statutum

tum est, eas debere fieri gratis *L. nulli.* 28. §. 2. *Cod. de Episc. & celer.* quin & cælestes iracundias exspectare debent illi, qui qualecunque lucrum ex his causarum piarum gubernationibus capiunt. *L. si quis.* 49. §. *in omnibus.* 8. *Cod. d. tit.* & hæc sunt verba legis, sed non omnes capiunt verbum hoc: clarisſ. D. Manzius. *d. q.* 42. *in fine.* Et sicut hæc
7 piunt verbum hoc: clariſ. D. Manzius. *d. q.* 42. *in fine.* Et sicut hæc & plura alia circà executiones testamentarias, vel in hoc *tit.* 44. Landtrecht. præscripta, neque à jure communi discrepant, neque inibi olim ita disposita inveniantur, sed potissimùm à statutis nostris, & locorum consuetudine dependent, quin & ab aliquibus interpretibus *ad L.* 24. & 28. *Cod. de Episc. & cleric. L. fin. Cod. de edict. Divi Hadrian. toll.* & ad materiam tastamentorum tractantur, ac fusè deducuntur, quò & singulariter faciunt, quæ tradit de executione ultimarum voluntatum Did. Covaruv. de *testam. cap.* 3. *p. tot.* & *ad Cap. Raynutius cap. tua.* 17. *per. tot.* ita diutiùs hîc non subsistimus, sed remissione facta ad hoc, & obvios quosque auctores progredimur ulteriùs.

Landtrecht

Titulus XLVI. Articulus III.

SUMMARIA.

1. *Injuria tribus committitur modis, re, verbîs, & literîs.*
2. *Hîc de injuria verbali agitur, & reliquæ species subintelliguntur.*
3. *Ex injuria verbali oritur actio injuriarum, & ad Palinodiam.*
4. *Actio injuriarum, exceptis tribus casibus, regulariter est annalis.*
5. *Actio ad palinodiam regulariter dicitur esse perpetua.*
6. *De jure Bavarico etiam actio ad palinodiam videtur esse annalis.*
7. *Id quod aliqui interpretes de jure quoque communi asserunt.*

1 Sicut de jure communi expeditum est, injuriam tripliciter potissimùm, scilicet re ipsa ut, si domus alicujus vi introitur, si quis pulsatur, aut scriptis ut famosô libellô, injuriosîs literîs, aut demùm verbis, si injuria ipsi oretenùs infertur, committi posse, text. & DD. *in §.* 1. *Inst. de injuriis, & fam. libell.* Ita & integer hic *titulus*, ut ut inscriptus von Straff der Schelt-
2 wort, Unzucht, Rauffen, Heimbsuchen, Waffen zucken, und Schaiden, potissimùm tamen in nigro, seu subjectis *articulis* suis de injuria verbali agit

agit, ea, ut credimus, cum intentione, ut quidquid de verbali, utpote longè frequentiori, quin inter homines plebeios, & rusticos quotidiana, statuitur, sua ratione, & in terminis habilibus ad reliquas injuriæ species extendatur, & applicetur, ut notat illust. D. B. Schmid. *ad art.* 1. *hoc tit. in prin.* & certè mereretur negotium hoc integrum volumen, si difficultates omnes enodare, & rei ex se tam odiosæ pleniùs inhærere vellemus, Nos solas differentias jus Patrium inter, & commune Cæsareum porrò inquirimus. Ex injuria verbali duplex hodie 3
remedium, & actionem injuriarum, & ex jure non scripto, seu consuetudinario actionem ad palinodiam, seu recantationem publicam dari, constat ex text. & trad. Interpretum, *ad* §. 10. *Inst. de injuriis*, & passim. *tot. tit. ff.* & *Cod. de injuriis*, &c. Recess. Imp. *ordin. Cameræ. part.* 2. *tit.* 28. §. und sonderlich. Statut. Bavar. Landtrecht. *tit. hoc* 40. *art.* 2. 4
omnium latissimè Berlich, *part.* 5. *conclus.* 59. & *multis seq.* Rursùm & illud in confesso est, actionem injuriarum, tanquam Prætoriam regulariter esse annalem. §. *in summa.* 10. *Inst. de injuriis*, ibique communiter Interpretes, ibidem Joan. Harprecht. *n.* 1. & *seq.* And. Gail. *lib.* 1. *obs.* 65. *n.* 1. (exceptis tribus casibus, si quis se pulsatum, verberatum, aut domum suam vi introitam dicit, in quibus actio injuriarum civilis est, & pertetua, text. & DD. *in* §. 12. *Inst. de injuriis. L. si non convitii.* 5
5. *Cod. eodem.* And. Fachin. *lib.* 9. *cap.* 7.) Actionem econtrà ad palinodiam, seu ad recantationem publicam, ex moribus, seu consuetudine, sicque jure civili non scripto provenientem, potiùs esse juxtà naturam aliarum actionum civilium perpetuam, docent Interpretes arg. text. *in prin. Inst. de perpet.* & *tempor. act.* Joan. Harprecht. *in* §. *hæc actio.* 12. *Inst. de injur. n.* 11. Berlich. *d. part.* 5. *conclus.* 62. *n.* 43. Et in hactenùs exce- 6
ptis plerumque Statuta Patria hoc *tit. cit.* 46. *art.* 1. & 2. juri communi concordant, hôc notabiliter exceptô, quòd in jure Bavarico *ad art.* 3. *in prin.* generaliter omni actioni, ex injuria verbali competenti, terminus unius anni præscribatur, verbis, Würdet jemandt geschmächt allein mit worten, der soll sein Recht ersuchen inner Jars-Frist, nachdeme er solcher Schmach wissenschafft bekommen, liesse er aber solche Jars-Zeit stillschweigend verschleichen, dem ist man deßhalben ferner zuantworten nit schuldig ꝛc. atque ex hoc deducatur, etiam actionem ad palinodiam in Bavaria per unum annum duntaxat durare, & eam contrà naturam actionum civilium esse restrictam, D. Parens. *Inst. de injuriis. q.* 13. *ob.* 3. Quamvis & non desint, qui actionem ad palinodiam etiam de jure communi non scripto annalem duntaxat esse, asserunt, Herm. Vult. *in* §. 7.

Inst.

Inst. de injur. n. 8. Mæv. *part. 5, decis.* 369. ex ipso Brunneman. *ad L. 5. Cod. de injur. n.* 15.

Landtrecht
Ad eund. Tit. XLVI. Art. III.

SUMMARIA.

1. *Actio injuriarum est annalis, exceptis tribus casibus, quibus perpetua dicitur.*
2. *Aliqui etiam actionem injuriarum ob famosum libellum, aut injuriosas literas, vel picturas perpetuam esse, volunt.*
3. *Injuriarum actio ex injuria reali, aut in scriptis, vel in pictura illata, jure Bavarico sua ratione est perpetua.*
4. *Docent aliqui, ex injuria quacunque, Doctori illata, per 20. annos agi posse.*

1 QUemadmodùm diximus, actionem injuriarum esse regulariter annalem per text. & DD. *in L. 6. Cod. de injur.* §. 10. *Inst. eodem*, & durare per annum utilem, seu scientiæ text. & DD. *in L. 14. §. 2. ff. quod met. caus.* And. Gail. *lib. 2. obs.* 105. clariss. D. Fachinæus *lib. 9. cap.* 8. Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 7. & plures alii cum Berlich. *conclus.* 69. *n.* 19. *& seq.* exceptis tribus casibus, quando quis injuriâ reali se affectum, pulsatum, verberatum, & domum suam, quæ regulariter tutissimum cujusque est receptaculum, vi introitam esse, probaverit, quibus in casibus actionem injuriarum perpetuam esse, & per 30. annos durare, est expeditum, text. & DD. *in* §. 22. *Inst de injur. L. 5. Cod. de injuriis. cit.* Berlich. *part. 5. conclus.* 69. *n.* 30. cum multis allegatis. Ita quidem, ut ex simi-
2 litudine injuriæ realis interpretes aliqui etiam actionem injuriarum ob famosum libellum, aut injuriosas literas, aut famosas picturas (dissent. Berlich. *d. loco n.* 51.) non uno anno includi, sed pariter esse perpetuam, & per 30. annos durare dicant, And. Gail. *lib. 2. obs.* 104. Vult. *ad Inst. tit. de injur.* §. 7. *n.* 8. *vers. scriptæ injuriæ.* Wesenbec. *ad ff. tit. de injur. n.* 13.
3 Verum in Bavaria res hæc est decisa, & non solùm actio injuriarum tribus istis casibus, sed indistinctè ex omni injuria reali, vel scriptis, vel in pictura quacunque injuriosa ultrà annum datur, & perpetua est, juxtà expres-

sam

sam *cit. art.* 3. constitutionem: ibi : Ist aber die Schmach nit nur mit blossen worten, sonder in schrifften, oder auch schmählich gemälde, oder mit der That, an deß andern Leib, oder Guet beschehen, so mag der Belaidigte auch nach Jar und Tag, sein Recht gegen dem, der ihme die Schmach zugefügt, und seinem Mithelffer suechen, allermassen anderer persönlichen Klagen halben, in Rechten versehen ist. Certè ex injuria, Doctori 4
illata, sive verbali, sive scripta. sive reali non tantùm per unum annum, sed vel per 20. annos, vel omninò perpetuò agi posse, forsan magis speculativè, quàm practicè docet Berlich. *d. conclus.* 69. *n.* 13. ut qui hanc injuriarum materiam latiùs, & insigniter illustrat. *part.* 5. *conclus.* 59. *& mult. seq.*

Landtrecht

Titulus XLVI. Articulus IX. & X.

S U M M A R I A.

1. *Actio injuriarum infamat.*
2. *An etiam actio ad palinodiam infamet? affirmant aliqui.*
3. *Præplacet de jure communi illorum opinio, qui eam actionem non infamare, docent.*
4. *De jure Bavarico infamat, nisi fama reservetur.*
5. *De jure communi aliqui putant, penès judicem non esse, posse infamiam remittere.*
6. *De jure communi æquius, & de jure Bavarico expressum est, posse judicem, etiam inferiorem, famam reservare.*
7. *Quin in Bavaria licitum est, quandoque totum processum injuriarum tollere.*
8. *Id quod frequenter practicatur, & consulitur.*

ACtione injuriarum condemnatum, nisi fama à judice reservetur infamem fieri constat ex *§.* 10. *Inst. de injurijs. L. lex Cornellia.* 5. *§.* 9. 1
L. Divus. 40. *L. judici.* 42. *ff. de injur.* & dubium nullum est inter Interpretes. An autem actio ad palinodiam infamet, inter DD. non convenit, affirmant aliqui, & actionem ad palinodiam, seu recantationem publicam infamare volunt cum Ant. Fabro *in suo Cod. lib.* 9. *tit. de* 2

injur. n. 2. Aſt æquior videtur eſſe eorum opinio, qui, hanc actio-
3 nem ad palinodiam non infamare, ſtatuunt, tum, quia ſine expreſſo jure odia non ſunt extendenda, ſed omninò reſtringenda, tum, quia intereſt reipublicæ, actiones famoſas omnì modô arctari, & conſtringi, ne civitas impleatur civibus infamibus, tum deníque, quia actio ad palinodiam, moribus introducta, potiùs videtur accedere ad ſpeciem condictionum, quæ de jure regulariter non infamant. *L. ceſſat.* 36. *ff. de O. & A.* Joan. Harprecht. *ad Inſt. de injur.* §. 10. *n.* 109. ibi *ſecun-*
4 *dò eadem, & n. ſeq.* Weſenbec. *conſ.* 22. *n.* 25. Sed quidquid ſit, in Bavaria tam actio injuriarum, quàm actio ad palinodiam, ſi non de jure, ſaltem de facto infamat, niſi fama à judice reſervetur; ut reſervari plerumque ſolet: Wiewol der jenig, verba ſunt *art.* 9. welcher den andern ſchmächt, und deßhalben zu einem Widerruef, und Abbitt, oder auch einer Summen Gelts, auff welche der Klager, neben, oder one begerter Abbitt, die Schmach ſchätzt, verurtheilt würdet, hierdurch
5 ſeine Ehren verleurt ꝛc. Illud quoque notatu dignum videtur, quòd, licèt de jure communi quidam dubitent, quin magis eò inclinent, infamiam, tanquam à jure prolatam, à judice non poſſe remitti, & famam injurianti reſervari, ídque per elegantem textum probent *in L. non poterit.* 63. *ff. furti.* ubi dicitur, *quòd Præſes provinciæ efficere non poſſit, ut furti damnatum non ſequatur infamia.* Vult. *cit. locô. Inſt. ad* §. 7. *de in-*
6 *jur. n.* 7. & alii. Attamen non tantùm de jure communi potior, & æquior eſt Interpretum ſenſus, famam reſervari, & infamiam à judice ex juſta tamen cauſa remitti poſſe, Berlich. *concluſ. n.* 34. & alii allegati, ſed etiam in Bavaria expreſſum, & ſine dubio utile eſt, ut judex famam injurianti reſervet, juxtà *art.* 9. *cit. tit.* 46. ibi: So mag doch der Richter in ſeinem Abſchidt, oder Urtheil ſolche Ehrverletzung aufheben ꝛc. aliàs enim brevì foret, ut integri pagi, & oppida bonâ famâ laborarent, videatur Berlich. *d. locô n.* 36. ubi unam vel alteram cauſam recenſet, quæ judicem movere poteſt, ut famam reſervet, id quod nos arbitrio judicis relinquere volumus: faciunt, quæ tradit illuſt. D. B. Schmid. hanc reſervandi poteſtatem etiam judicibus inferioribus, ut
7 praxis quotidiana habet, meritò concedens; *ibidem. n.* 2. Quinimò in Bavaria non tantùm judici cuicunque permiſſum eſt, famam injurianti reſervare, ſed etiam, ſi cauſa injuriarum propoſita adeò liquida non eſt, aut ſi neſcitur, an non & injuriatus injurianti dederit cauſam, vel aliàs proceſſus obſcurus ſit, judici omninò permiſſum eſt, actionem, & proceſſum injuriarum penitùs tollere, per *art.* 10. *hoc tit.* 46. ibi:

ibi: Wann die Schmachklag, und deß beklagten Antwort also beschaffen, daß zweiffenlich ist, welcher Thail zu der schmach Ursach gegeben, oder sonsten die Sach unlauter, mag der Richter die gantze Schmachklag, ambts halben wol auffheben, also, daß sie keinen Thail, an seinen Ehren verletzlich sein soll rc. Id quod non modò praxis rusticos inter, 8
& cives plebeios, ut quibus cavillandi, & injuriandi libido frequentior est, habet communis, verbis: Soll der beklagte Titius umb sovill punctirt, übrigens beyde zu gueten Freinden gesprochen, und ex officio alles übriges auffgehebt sein rc. Sed & nostra inclyta Facultas Juridica consulta sæpiùs, præsertim inter personas distinctas, & dignioris conditionis, invicem forsan injuriantes, respondit, ut scilicet ex officio hujusmodi discordiæ, & injuriæ tollantur, & ejusmodi infames actiones adhuc in prima ætate extinguantur.

Landtrecht

Ad eund. Titulum XLVII. Art. X.

SUMMARIA.

1. *In Bavaria Serenissimus Elector quandoque actionem injuriarum in injuriis Nobilium, vel aliarum personarum, consideratione dignarum, penitùs tollit.*
2. *Mulctam tamen, & pœnam sibi pro circumstantiis reservat.*
3. *Et ejus dijudicationem Dicasteriis suis committit.*
4. *Hanc Bavaricam constitutionem Facultas Juridica etiam extrà Patriam consulendô est secuta in casu gravi.*
5. *Deciditur in casu, quod etiam Nobilis injurians teneatur ad Palinodiam, si injuriatus sit pariter Nobilis.*
6. *Quin &, si injuriatus sit conditionis inferioris.*
7. *In casu relato injurians privatim recantavit.*
8. *Si injurians sit persona plebeja, & statu dispar, graviùs punitur, si personæ nobili, aut conditionis excelsioris injurias dixerit.*
9. *Fuit ex consilio Facultatis Juridicæ subditus, Domino suo injurias dicens, ad recantationem publicam, & relegationem ad tres annos condemnatus.*
10. *Refertur Divinum clementissimi Justiniani exemplum, injurias remittentis.*

1 HUc facit & illud notabile, saluberrimum, & in processibus injuriarum ad evitanda alia complura mala, duella, homicidia, & pessimas sequelas avertendas, utilissimum remedium, quod in hoc *art.* 10. sancitum legimus, serenissimum Electorem, & Principem Bavariæ sibi specialiter reservâsse, in injuriis Nobilium, & aliarum personarum, consideratione dignarum, ex sufficienti causâ ad conservandum familiarum decus, aliisque ex causis, ac circumstantiis, posse dispensare, processus annullare, tollere injurias, & penitùs extinguere, juxtà expressam constitutionem *in art.* 10. *hoc. tit.* 47. ibi: Doch soll dem Landtsfürsten in allweg vorbehalten sein, nach gestaltsame der sachen, beschaffenheit der Personen, ansehens der Geschlechter und Freundschafft, und anderer Umbständten, aus Landtsfürstlicher Macht und Gewalt, die Schmachklag in einem und anderen Fall,
2 gantz und gar abzustellen, auffzuheben und zuvernichtigen &c. Ita tamen, ut Serenissimo simul liberum sit, pro gravitate injuriæ, excessu injuriantis, aut aliis circumstantiis pœnam injurianti nihilominùs infligere: Und sol nichtsweniger, pergit *citat. articulus* 10. in solchem Fall der auffhebung bey deß Landtsfürsten Erkandtnuß stehn, ob er denjenigen, bey welchem sich die Ungebür, und Frefel am maisten erfunden, oder auch baide Thail, der gebür nach, one Verletzung der Ehren, straffen wölle. illust. D. B. Schmid. *ad cit. art.* 10. *n.* 4. ubi tradit, se vidisse, in Bavaria moris esse, ut Princeps Serenissimus ejusmodi injuriosos, & famosos processus inter familias, & personas principaliores penitùs tol-
3 lat; Mulctæ tamen dijudicationem suis superioribus Dicasteriis relinquat, quamvis hæc potestas injuriam abrogandi, & processum ejusmodi tollendi Dicasteriis superioribus ex se non competat, cùm de reservatis specialibus Serenissimi Domini nostri Electoris, & Principis
4 censeatur, ut docet cit. D. Schmid. *n.* 3. Certè antè annum circiter in gravi causâ injuriarum, inter duas Personas Illustres extrà Bavariam pendente, inclyta nostra Facultas Serenissimo alicui Electori, referente colendiss. D. Parente, consuluit 9. *Augusti* 1717. ut ex potestatis plenitudine injuriam tollere, atque processum, diu satis, & graviter ventilatum, abrogare dignetur, egregiâ tamen, & ultrà 100. aureos
5 constitutâ pœnâ pecuniariâ, injurianti infligendâ. Meminimus & alium casum, quo in excelso aliquo loco Acatholico antè aliquos annos duo insignes Illustres, Nobiles, & præstantissimi Viri forsan ex præcipitantia, & calore animi unus alteri satis gravem intulerat injuriam; egit injuriatus injuriarum, petiitque, ut alter injurians publicè recantet,

&

& ad palinodiam adigatur: instantiámque tantam fecit, ut consilii causâ res ad Jurisperitos sit delata; neque subsistebant illi, quin ad palinodiam de jure potuerit obligari injurians, si fuerit uterque Nobilis, aut Illustris, cùm, si etiam in hoc casu Nobilis forsan habuisset privilegium, eo non possit uti contrà æquè Nobilem, Socin. jun. *consil.* 74. *n.* 21. *lib.* 1. Si verò alter non fuerit Nobilis, vel saltem inferioris conditionis, dubitare quis potuisset, sed ex doctrina Berlich. *conclus.* 62. *n.* 30. magis placuit, etiam hoc casu injuriantem, utut nobiliorem, de jure ad palinodiam obligari, tum, quòd in pœnis, à jure determinatis, & indiscriminatim impositis, non admittatur distinctio inter Nobiles, & ignobiles Tyraquel. *tract. de pœnis temp. & remit. caus.* 31. *n.* 34. tum &, quia in genere honestatis, & bonæ famæ, atque existimationis conditionis, & nobilitatis prærogativa non adeò spectetur, cùm quilibet & Nobilis, & ignobilis, & civis, & rusticus nominis, honoris, & famæ suæ sit studiosus. Quamquam ex mandato Serenissimi illius loci, & Principis interventu, injuriatus, ut audivimus, contentus esse debuerit, quòd injuria non in loco publico (ut aliàs fieri debet palinodia teste Berlichio *ibidem.* *n.* 33. *& seq.*) sed privatim coram aliis duobus honestis viris sit facta: prout & Doctorali gradu insignitos ad palinodiam condemnari posse, tradit idem cit. Berlich. *d. loco.* Vicissim autem, si injurians sit conditionis inferioris, vel omninò plebejus, & statu dispar ipsi injuriato, certum est, pœnam exasperari, sicut delictum est gravius, aut qualitate personæ injuriatæ, ac injuriantis, aut gravitate injuriæ consideratis, & non tantum recantationem, sed & gravissimam pecuniarum, vel omninò corporalem, ut fustigationem, quin & aliquando mortis pœnam inferri posse, latiùs deducit Berlich. *d. part.* 5. *conclus.* 61. *n.* 54. & singulariter *n.* 56. cum aliis allegat pulchrè Joan. Harprecht. *in cit.* §. 10. *Inst. de injur.* *n.* 14. *& seq.* Sicque antè annum, me præside referente, in Facultate Juridica subditus quis pauperculus, & rerum parùm aliàs intelligens, ex aliorum instigatione Domino suo Territoriali, & Comiti in T. injuriam ex imprudentia edicens, ad recantationem publicam, & simul relegationem ad tres annos ex illo territorio fuit condemnatus, nisi forsan posteriorem pœnam *ex L. un. Cod. si quis Imp. male dixerit*, Dominus Teritorialis vellet remittere. Ecce mirare Imperatoris Justiniani constitutionem & sequere, quisquis es, & injurias sufferre, ac remittere nescius, fœnum in cornu habes, verba hæc sunt: *Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda,*

6 7 8 9 10

ac temulentiâ turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit: eum pœnæ nolumus subjugari, neque durum aliquid nec asperum voluimus sustinere: quoniam si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab injuria remittendum. Videatur Anton. Perez. *ad hunc tit. Cod. n. 4.* ubi & *n. 5.* notanter tradit, qua ratione puniatur, qui summo Pontifici injurias dicat.

Landtrecht.

Titulus XLVIII. Articulus I.

SUMMARIA.

1. *Pleraque in hoc* titulo 48. *relata, vel à jure communi admodùm non distant, vel adeò magnis difficultatibus non constant.*
2. *Si quis in rixa, aut tumultu vulneratus, vulnerantem in rixa adfuisse, probaverit, & juramentô asseruerit, eum, ac non alium vulnerasse, vulnerans de jure Bavarico satisfacere, & luere cogitur.*
3. *Hæc constitutio valdè salutaris est in praxi pro rusticis, & plebejis, qui rixas, & tumultus amant*
4. *Quid juris sit in Patria, si solus à solo se vulneratum esse, dicat.*
5. *Finis imponitur disputationi huic de differentiis juris Bavarici, & juris Communis.*

1 POstquàm constitutiones Bavaricæ latiùs declarârunt, quid circà injurias verbales sit in Patria observandum, plura, & plurima, quæ dicta sunt etiam sua ratione ad injuriam realem spectant, aliqua rursùs *in tit. 47. & 48. per tot.* circà reales injurias repetuntur, de novo constituuntur, & declarantur, quæ tamen, sicut à jure communi, & consuetudine locorum passim recepta parùm distent, vel saltem pro differentiis ad intentionem nostram allegari nequeant, quin & adeò magnis non constent difficultatibus, mittimus pleraque, præsertim, cùm & tempus, compositioni nostræ permissum, magnoperè ad occasum inclinet, id solùm annotantes, in quo jus Patrium singulare quid statuere, vel omninò à jure communi distare videtur: Siquis forsan vel in
2 tixa, aut in tumultu, vel etiam solus à solo pulsetur, verberibus excipiatur,

piatur, & actualiter vulneretur, ita, ut vulnus fluidum, & apertum exinde consequatur: Er habe ihn gewundt, ut stat. Bav. *hoc tit.* 48. *art.* 1. loquuntur, mit Waffen, und scharpffem Ort, daß sie offne Bogwunden seind ꝛc. Aut sichtigen Schaden ꝛc. & alterum vulnerantem ad judicem actione injuriarum, & actione L. aquiliæ deferat, tunc hoc singulare est, quòd, si in rixa quis vulneratus, se v. g. ab isto Titio vulneratum esse, asserat, simúlque probet, eum Titium in rixa, vel tumultu præstò fuisse, is Titius ad omnem satisfactionem debitam, & simul pœnam, judici exsolvendam, condemnari possit, si vulneratus simul juret, hunc Titium, & non alium vulneráſſe: per verba notabilia *art.* 1. *hoc tit.* ibi: Klagt jemand den andern an, er habe ihn gewundt, mit Waffen, und scharpffem Ort, daß sie offne Bogwunden seind, und beschädiget niemandts darmit, dann einen. Da gegen aber der Antworter sagt, er sey nit darbey gewesen, da der Klager beschädiget worden, soll er der Klag ledig sein, es wölle dann der Kläger beweisen, daß der Antworter mit und darbey gewest sey, da er beschädigt worden ist, darzu soll er gelassen werden, und wo der Klager das beweist, und schwert darzu, auff seinen sichtigen Schaden, daß der Antworter ihm den gethan hab, und niemandt anders, das soll der Klager geniessen, und der Antworter solchen Schaden, es seyen offne Bogwunden, Beinschrödt, läm, oder abgeschlagne Glider, dem Klager und dem Gericht bessern, und biessen. Et certè saluberrima, & in praxi utilissima est 3
constitutio hæc, rusticis tamen, & plebæiis compotatoribus odiosa, ut qui in popinis rixas, & tumultus frequenter incipiunt, cantharis & fustibus adeò inter se depugnare, aut omninò plures uni ex insidiis præstolari, atque sic in rixa, & tumultu graviter quandoque vulnerare solent: postmodùm cuncta inficiantur, & ex condicto negant, hácque ratione persæpè vulneratus ipse impunè, & suis sumptibus vulnus acceptum perferre deberet, ni hâc jurandi formâ ipsi in Patria succurreretur. Quòd si autem, se solum à solo vulneratum esse, conque- 4
ratur, testibus autem nullis hoc possit probare, videndum est, an vulnerans, aut vulneratus aliàs sit bonæ famæ, homo rixis, tumultibus, altercationibus, aut ejusmodi occasionibus non deditus, vel an anteà jam inimicitiæ, aut altercationes inter ipsos intercesserint, vel non? quòd si vulnerans sit ejusmodi persona rixosa, & tumultibus dedita, pariter vulneratus iuratò poterit vulnerantem convincere, nisi conventus velit legitimè demonstrare, se illo tempore in illo loco non extisse; Wo aber einer, statutum est *in d. art.* 1. den andern beklagt, er hab ihn

ihn geschlagen, und verwundt, dabey niemandt, dann sie allein gewest, soll angesechen werden, der gut und böß Standt jeder Person, da nun der beklagt ein solche Person were, welche zanckisch, und pölderisch, auch hievor mit dem Kläger in unguetem zuthun gehabt hette, und solches der Kläger auff ihne den Beklagten beybringen, und erweisen möcht, oder sonst kündtlich und offenbar were, so soll der Klager auf seinen sichtigen Schaden zuschwören zugelassen werden, es wolte dann der Antworter weisen, daß er auff dieselb Zeit anderstwo sey gewest, dessen soll er geniessen 2c. das haist auf seine sichtige Schaden schwören: vid. quæ tradit illust.
5 D. B. Schmid. *ad hunc art. n. 5. & seq.* Atque sic, cùm sequentes *articuli hôc ultimô titulô* à jure communi Cæsareo non adeò differant, atque multùm se ipsos explicent, Poëtam canentem audimus, *ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ*, cantatum satis est hac vice, ponimus barbita, angustijs temporis, & anni scholastici ad finem properantis interclusi, commissos errores emendaturi, si licuisset, vel si adhuc licebit, aliquando sententias benè latas in praxi reformat judex superior, neque enim semper in melius pronuntiat, qui novissimus corrigit *arg. L. in princip. ff. de appellat. & relationib.* etsi alterum pedem in tumulo haberemus, non pigeret nos cum Juliano aliquid addiscere *L. apud Julianum.* 20. *ff. de fideicommiss. libertatib.*

Omnia ad majorem Dei, Deiparæque Virginis immaculatæ gloriam & honorem.

Bayerische Staatsbibliothek München

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Chlingensperg auf Berg, Hermann Anton Maria von,

Differentiae Potissimae, Inter Jus Bavaricum, Landt-Recht, Et Jus Commune Civile

Ingolstadii 1751

Bibl.Mont. 4486
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10725102-3
VD18 14648326